

18 pp.

183



INDEX MATERIARUM

De A. pag.
 Abrogatione Legum. 1.
 Aedificijs privatis. 97.
 non Appellandi priv. 445.

B.
 Bello Svecico discurs.
 juridico-Politicus 511.

C.
 Censu redimibili & irre-
 dimibili. 235.
 Coloribz juris. 43.
 Collectis. 697.
 Canonum errores. 723.
 Cont. libz realibz 224.
 Contestatione libz. 417.
 Competenti foro 393.
 Compensatiombz 527.

D.
 Discursus juridico Politicus
 de bello Svecico. 511.
 Differentijs juris communis et Sax. p. 555.

De E. pag.
 Expeditariarum rerum
 Successione testamentaria. 185.
 Errores Canonum. 723.

F.
 Feudaliu in Successio-
 ne testamentaria. 185.
 Fideiussoribz. 264.
 Foro competenti 393.
 Fasciculus error Thalmd. 723.

G.
 Gerada Successio testam-
 entaria. 185.

I.
 iure non appellandi. 445.
 iuris coloribz. 43.
 in integritate testam. 495.
 iuris communis et Sax. differ. 555.
 Legum abrogatione. 1.
 Legitimatione. 57.
 Libz contestatione. 417.

DISPUTATIO JURIDICA 6 185.
De
SUCCESSIONE
TESTAMENTARIA IN FEU-
DIS, REBUS EXPEDITORIIS
ET GERADA.

Quam
AUSPICE CHRISTO

ET

Approbante Magnifico & Amplissimo ad Albim
Academiae Jurorum Oedib.

Sub Patrocinio

VIRI

Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi Clarissimi

DN. HENNINGI Großen / J. U. D.

Profess. Publici, Curiae Electoralis & Facultatis Juridicae,
nec non judicii Provincialis per inferiorem Lusatiam Assessoris,

Illustrissimaeq; Viduae Elect. Saxon. in Lichtenburg &c. Consi-

liarii gravissimi, Praeceptoris & promotoris sui omni

debita reverentia & observantiae cultu
ritatem colendi.

Publica censura submittit.

JACOB WURH HALLENSIS SAKO.

Ad diem 13. Aprilis

In Acroaterio Jurorum horis antemeridianis

VVITTEBERGAE,

Typis JOBI WILHELMII FINGELII,

ANNO MDCXXXIX.

VIRIS

*Magnificis, Admodum Reverendo, Nobilissimis, Amplissimis
Consultissimis, Excellentissimis atq; Prudentissimis.*

- DN. JOHANNI HÜLSEMANNO SS. THEOLOG. D. & PP.
h. t. Academiæ Wittebergensis Rectori Magnifico, nec non
Alumniorum Electoralium Inspectori gravissimo.
- DN. CONRADO CARPZOVIO JCTO. COMITI PALATINO
CÆSAREO & Archiepiscopatus Magdeburgensis Cancellario
Eminentissimo.
- DN. GEORGIO ADAMO **BURNNER** HEREDITARIO
in *Micheln* / JCTO & Archiepiscopatus Magdeburgensis
Consiliario meritissimo.
- DN. JOHANNI TIMÆO J. U. D. & ARCHIEPISCOPATUS
Magdeburgensis Consiliario itidem dignissimo.
- DN. JOHANNI **Büttner** / J. U. D. ET ARCHIEPISCOPATUS
Magdeburgensis Consiliario gravissimo.
- DN. JOHANNI **Stern** PERINCLUTÆ REIPUBLICÆ
Lüneburgensis Consuli spectatissimo.
- DN. JOHANNI **Rosen** REIPUBLICÆ HALLENSIS CONSULI
vigilantissimo.
- DN. MELCHIORI **Hoffmannen** J. U. C. ET ARCHIEPISCOPATUS
Magdeburgensis Hallis Pratori meritissimo.
- DN. FRIDERICO **Rühnen** / J. U. C. DICASTERII MAGDE-
BURGENSIS Hallis Subseniori spectatissimo,
& Practico famigerabili.
- DN. CHRISTIANO GUEINZIO J. U. C. & p. t. GYMNASII
HALLENSIS Gymnasarchæ dignissimo

*Deminiis Mecænatibus, Patronis & Promoto-
ribus suis magnis & submisè venerandis*

DISPUTATIONEM HANC JURIDICAM

Indebite gratitudinis testimonium

suis, ulteriorem commendationem,

humiliter & devotè

offerri & consecrari

JACOB **Bursh** A. & R.

CUM DEO
De
SVCCESIONE FEUDI
TESTAMENTARIA,
THESIS I.

Mnis successio est vel ex provi-
sione hominis, vel legis, sive a-
lia est testamentaria, alia legiti-
ma (a) illa hanc præcedit atq; excludit.
(b) Et licet in jure Feudali regulariter lo-
cum non habeat (c) nihilominus ta-
men de eâ ipsâ, sepositâ legitimâ, in fe-
quentibus paucis agendum erit.

(a) §. fin. l. i. ff. de acquir. hered. l. 1. §. l. 3. ff. de petit. hered. Wesenb. de Feud. c. 6. n. 5. Boccr. part. 2. clas. §. disp. 18. tbes. 3. Obrecht tr. Feud. lib. 2. c. 12. n. 2. Arum. disp. Feud. 6. tbes. 2. Arnold. de Reyer disp. 3. tbes. 29.

(b) l. 39. ff. de acquir. hered. l. 89. ff. de R. I.

(c) c. unic. 1. F. 8. c. unic. §. donare. 2. F. 9. c. Imperialem. 2. F. 55. Jul. Clar. receptar. sentent. lib. 4. §. feudum. quest. 4. n. 1. Wesenbec. de Feud. c. 6. n. 6. Schneiderwin. in epitom. feudor. part. 6. c. 2. Borcholt de feud. c. 7. rubr. de successione c. n. 3. Schrad. de Feud. part. 7. c. 2. n. 1. Rosenthal. in synops. feud. c. 7. concl. 2. n. 1. Mozzius de Feud. rub. de natur. feud. n. 78. Obrecht. d. l. n. 4. Vult. lib. 1. feud. c. 9. n. 69. §. seq. Schultz in Synops. feud. c. 8. n. 11. Et ita quotidie etiam pronunciatu attestante Ambros. Schürer in tract. de heredit. qua ab intest. defer. tit. 3. vers. in usibus feudorum. Et hæc regula ad deo locum habet ut primò nihil de feudo ad animæ etiam salutem

Ampliationes Regule.
1.

A 2

salutem



- salutem vasallus legare possit: *d. c. unic. §. donare. 2. F. 9. Rosentb. d. l. n. 7. Ifern. in c. 1. 2. F. 45. n. 7. Afflic. in d. c. Imperialem. n. 31. Vult. c. 9. n. 71.* ubi asserunt, quod vasallus ne unam quidem candelam possit relinquere de feudo.
2. Quod ipsum etiam secundò valet de qualibet aliâ piâ causa. *Schöner lib. 1. disp. feud. 6. thes. 22. lit. a. Gothofr. Antb. disp. feud. 5. thes. 8. lit. a.* Nec obstat, quod aliâs magnus sit favor testamentorum, & multiplex privilegium piâ causâ *§. ult. Inst. de obl. que qd. ex contr. nasc. §. 26. Inst. de act.* Textus enim in *d. §. donare. 2. F. 9. §. 2. F. 55.* satis clarè & generaliter loquuntur. Ideoq; etiam ipsa piâ causâ hunc favorem sibi dependi detrectat, textus est notabilis in *c. unic. vers. sed diversim. 1. F. 13.* Non enim cupit cum alterius jacturâ locupletari contra *l. 206. ff. de R. I. c. 11. in fin. 12. quast. 2.* Hoc tamen non odio piâ causâ, sed naturâ ipsius feudi, quod est inalienabile, receptum est *Schneider. part. 7. c. 2. n. 4. Mozzius de natur. feud. n. 79. Schöner. lib. 1. disp. feud. 6. thes. 22. lit. a. Gothofr. Antonii d. thes. 8. lit. a.* Tertio hæc regula extenditur ut ne pater, qui aliâs semper optimum capere consilium pro liberis suis dicitur, *l. 21. §. fin. ff. ad leg. Jul. de adulter.* de feudo antiquo ex parte suo & providentiâ inter liberos disponere, & unius plus, alteri minus relinquere vel etiam totum prælegare possit. *Rosenb. c. 7. concl. 8. §. concl. 16. Jul. Clarus recept. sentent. quast. 40. n. 5. §. 6. Vult. c. 9. n. 79. Bertrmand. cons. 138. vol. 2. Socin. Jun. cons. 72. n. 40. vol. 1. §. cons. 160. n. 44. vol. 2.* Ex providentiâ enim legis constitutum est, ut omnes filii in feudis æqualiter succedere debeant. *c. unic. §. §. quin. 1. F. 1. Mozzius de Feud. c. 6. n. 80. Reusner. disp. feud. 6. thes. 34. Moller. lib. 1. semestr. c. 11. n. 3. §. 4.* Quarto hæc regula ampliatur, ne pater feudum filiabus pro dote in testamento neq; tacitè neq; expressè obligare possit. *c. unic. §. donare. 2. F. 9. Jacob. de S. Georg. verb. §. cum pacto el. 3. n. 37. col. pen. Schön. d. disp. thes. 22. lit. b. Schneider. d. l. n. 10. Vult. d. l. n. 57.* Hodie tamen ex æquitate introductum est, nul-

lo approbante juris feudalis textu, ut foemina; si forte va-
 sallo alia bona hereditaria non sunt, ex quibus congruen-
 ter dotari possit, tum ex feudo dos ipsi constitui debet, non
 solum à fratre agnato & eo ad quem feudum devolvitur,
 sed ipse dominus etiam si feudum ei aperiatur secundum
 conditionem & dignitatem personæ, nec non pro quanti-
 tate patrimonii, ad quod feudum se extendit, eam dotare
 tenetur, de quâ consuetudine attestatur *Harm. Pistor. lib. 2.*
quest. 6. n. 67. & quest. 77. n. 1. & seq. Matth. Coler. part. 1.
decis. 28. n. 4. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 38. n. 1. & seq.
Daniel. Moller. in commentar. ad Const. Saxon. part. 2. c. 46.
n. 13. Reinb. in addit. ibidem lit. b & c. Arque ita attestante
Schulzio in Synops. feud. c. 8. n. 78. tam Lipsenses quàm
 Wittebergenses consuluerunt & responderunt. Hic anne-
 ctenda venit questio: Quanta dos filiabus ex feudo de-
 beatur? Quidam existimant dotis æstimationem secun-
 dum computationem legitimæ instituentiam atq; mino-
 rem legitimam esse non posse. *Matth. de Afflic. decis. 76. n. 1.*
& seq. Francisc. Bursar. lib. 2. concl. 132. n. 1. & seq. Qui-
 dam verò putant, quod ex feudo tria millia florenorum va-
 lente, quadringenta dotis nomine persolvenda sint *Matth.*
Coler. part. 1. decis. 213. n. 3. Nonnulli deniq; opinantur,
 quod ex feudis, quantumvis opulentis, rarò ultra mille flo-
 renos in dotem dari soleant, idq; apud Saxones longissi-
 mo usurino levisse tradit *Harm. Pistor. lib. 2. quest. 37. n. 18.*
 quem sequitur *Petr. Heig. part. 1. quest. 25. n. 67.* Alii aliter
 sentiunt. Nos cum *Schulzio in Synops. feud. c. 8. n. 79.* cum
 moribus vel consuetudinibus feudalibus quantitas dotis
 definita non sit, arbitrio & moderationi domini feudi
 committendam esse statuimus. Domini enim interest, ne
 feuda dotibus, vel aliâ ratione nimium onerentur *Harm.*
Pistor. d. l. n. 19. ubi in hanc sententiam sæpius responsum
 fuisse attestatur *Daniel Moller. in commentar. ad Const.*
Saxon. part. 2. Const. 46. n. 13. Quintò etiam alimenta ex
 feudo in testamento constitui non possunt, siis, cui legata
 sunt,

2

5.



- sunt, alia bona habeat, aut aliunde se exhibere possit. *Rittersb. part. feud. lib. 1. c. 14. q. 32. Borch, de feud. rubr. de success. c. n. 74. Zabel. Exercit. feud. 6. thes. 2. lit. b. Schultz. d. l. n. 78.* Hinc non inconcinne quaeritur: An etiam foeminis amplam geradam habentibus dos & alimenta à parente in testamento ex feudo relinqui possint? Affirmant quidam simpliciter. Nos verò, rejectâ eorum opinione, statuimus, parentem tum demum posse in testamento filiabus dotem & alimenta, ubi deficiunt alia bona & facultates, undè alimenta & dos sumi possit, relinquere *Hartm. Piff. part. post. feud. q. 37. n. 1. Raucbar. part. 1. quest. 38. n. 1. Daniel Mollev. in commentar. ad Const. Elector. 46. 47. 48. 49. 50. n. 13.* Geradam autem contineri sub facultatibus, nemo negabit. Cum indubitati juris sit eam etiam computari posse in legitimam, *Const. 1. 1. part. 3. ibiq; Mollev. Arum. lib. 2. decis. 8. Fachs differ. jur. civil. & Saxon. 21.* Jam autem omne id quod computatur in legitimam illud etiâ doti & alimentis computandum est. *Claud. de Battand. tr. de legitim. c. 3. n. 3.* Sextò hæc conclusio ampliatur ne quis futuros fructus in testamento possit alicui relinquere. Per jura vulgata, quæ voluit, accessoria sequi naturam sui principalis *l. 35. §. 1. ff. de rei vindic. at. & principale trahere ad se accessorium, ut suo jure regatur l. 44. ff. de religiof. & sumpt. funer.* Quia igitur de ipso feudo in præjudicium alierius licitum non est in testamento disponere, ideoq; etiam de futuris fructibus hoc ipsum haud erit licitum. Septimò hæc regula quoq; locum habet in usufructu, qui etiam non potest relinqui. Est enim species alienationis *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* quæ in jure feudali prohibita est *c. Imperialis. 2. F. 55.* præsertim cum domini & agnatorum conditio deterior redditur. *c. unic. §. e contrariis. 2. F. 8.* Octavò hæc regula extenditur ne famis causâ possit relinqui, propter regulam generalè *d. c. Imperialis. 2. F. 55. c. Imperialis. 2. F. 52. Gothofr. in not. ad c. unic. in pr. 2. F. 9.* Nonò non valebit talis dispositio, licet Princeps vel dominus feudi tale testamentum suâ
- autho.

autoritate confirmet. 2. F. 39. Princeps enim non potest
 agnatis & simultaneè investitis jus quæsitum auferre. l. 43.
 pr. ff. de vulg. & pupill. subst. Vult. d. c. n. 83. Rosenthal. c. 7.
 concl. 7. Mozzius de nativ. feud. n. 87. Laudenfis. in d. S. dona-
 re. Arum. disp. feud. 6. tbes. 7. Setzer disp. feud. 7. tb. 2. lit. e.
 Decimò neq; æstimatio, si Vasallus de feudo illicitè te- 10.
 status fuerit debetur. Legatum enim illius rei ejus com-
 mercium legatarius non habet, adeò est nullum, ne æsti-
 matio ejus debeatur. l. 39. §. fin. de leg. 1. §. 4. Inst. de legat.
 Feudum verò commercio exemptum esse constat ex c.
 unic. S. donare 2. F. 9. c. unic. 2. F. 52. c. unic. 2. F. 55. Undè re-
 ctè colligitur feudi etiam legati & in testamento reli-
 æstimationem non deberi Jul. Clar. receptar. sentiar. lib. 4.
 §. feudum quæst. 40. n. 4. Mozz. de feud. rubr. de natural. fen-
 dor. n. 79. Obrecht. de feud. lib. 2. c. 2. n. 5. Leopold. Hackelman
 in addit. ad Schneidewin part. 6. c. 2. lit. a. vers. alioquin.
 Quod si tamen aperte de voluntate testatoris disponen- 11
 tis, ut ei cui feudum reliquit, æstimatio præstetur, constat
 tunc legatario feudi æstimatio, non quidem à successore
 feudi, quem testator ratione feudi gravare non potuit, sed
 à successore bonorum allodialium præstanda est. arg. l.
 112. in pr. junct. gloss. de legat. 1. l. 114. §. 5. ff. eodem. Schra-
 der de feud. part. 7. cap. 2. n. 9. Schultze in Synops. feud. d. c. 8.
 n. 25. Obrecht. lib. 2. c. 12. n. 5. Ratio autem quare Vasallus
 de feudo testari prohibeatur hæc à FF. redditur, quod
 feudi alienatio constitutionibus Imp. Friderici & Lotha-
 rii prohibita sit. c. unic. 2. F. 52. c. unic. 2. F. 55. Per disposi-
 tionem autem & ordinationem testamentariam res super
 quâ disponitur alienatur l. 16. ff. de testam. milit. l. 1. §. 1. ff. si
 quid in fraud. patron. Deinde quia hæc dispositio fieret
 in præjudicium domini ratione proprietatis & simulta-
 neè investitorum, quibus jus quæsitum ex investiturâ
 primi acquirentis non est auferendum. Vult. d. feud. lib. 1.
 c. 9. n. 73. Arum. disp. feud. 6. tbes. 3. Domino verò invito al-
 terius sanguinis arg. c. unic. S. adoptivus 2. f. 26. aut poten-
 tior

Ratio quare
 Vasallus de
 feudo testa-
 ri probi-
 beatur.

eior vasallus non est obrudendus *Schneidew. d. epimom.*
feud. part. 6. n. 3. Cui accedit quod de illis demum testari
 sit permissum, quæ ad heredem non aliundè, quàm ex te-
 statoris adeoq; ex testamenti beneficio perveniunt *l. 22.*
ff. de adopt. l. 55. ff. ad SCtum Trebell. Feudum autem non
 ex beneficio ultimi defuncti sed primi acquirentis obve-
 nit *Vult. lib. 1. feud. c. 9. n. 73. Schul. d. c. 8. n. 12. Schneidew. in*
Epit. feud. part. 6. n. 4. Deinde feuda exemplo ususfructus
 ad vitam vasalli concessa sunt, de Usufructu autem non
 licitum est testari *l. 3. §. 3. ff. quib. mod. usufr. vel usus amitt.*
S. pen. Inst. de usufr. quia morte expirat. *Vult. d. l. n. 73.* Hoc
 loco autem non inconvenienter quaeritur. Utrum vasa-
 li testamentum, quod de bonis feudalibus & allodialibus
 simul disponit, etiam quo ad bona allodialia invalidum
 sit? Et quamvis de jure communi nemo pro parte testa-
 tus & pro parte intestatus decedere possit *l. 7. ff. de R. I.*
 Attamen cum secundum *Dd.* attestante *Schulzio in Syn-*
ops. Feud. c. 8. n. 13. hoc tantum procedat in bonis, quæ eius-
 dem naturæ sunt, verius est, quod testamentum in totum
 non corruat, sed quo ad allodialia nihilominus subsistat.
 Et ita Scabini Lipsenses & Facultas juridicâ hic sapissi-
 me responderunt. teste *Schulzio d. l.*

T H E S I S I I

Descriptio
Dispositio-
nis feudi
Testam.

His ita præmissis Dispositionem
 nostram definimus quod nihil aliud sit
 quàm de feudo (a) mortis causa (b) ex
 testamento (c) ritè confecto (d) de futu-
 rà successione ordinatio (e)

(a) Non tamen Feudi Guardix, Castaldix, Soldatæ
 aut istius quod morte dantis vel accipientis finitur *c. unic.*
2. F. 10. Duar de Feud. c. 9. n. 13. Rittershus. de feud. c. 12. q. 1.
 Sed istius de quo in sequentibus agitur thesibus.

(b) Alia

(b) Alia enim est inter vivos ordinatio, quã feudum vel investiturã c. *obvria*, 2. F. 1. C. *si autem*, pr. 1. F. 4. c. *si de feudo* § *si facta* 2. F. 26. Bocer. *claf. 5. disp. 26. rhes. 6. & 7.* Borchold. *de feud. c. 7. per tot.* vel successione legitimã d. c. *unic.* 2. F. 1. c. *unic.* 2. F. 1. Schneidew. *part. 6. c. 2. n. 1. & seq.* Schrad. *de feud. part. 7. c. 5. n. 1.* vel præscriptione acquiritur. c. *unic.* § *si quis* per *triginta* 2. F. 26 Bocer. *d. claf. 5. disp. 17. rhes. 3. lit. b.* Wesenb. *d. c. 6. n. 3.* Borchold. *de feud. c. 7. per tot.*

(c) Quod ad differentiam legitimæ successions adijcitur, quæ etiam mortis causã acquiritur. c. *unic.* pr. 2. F. 1. Hoc loco verò notandum est olim in feudis nullam planè fuisse successione. Feuda enim erant beneficia quãdam personalia, quæ precariò concedebantur proinde etiam pro concedentis libitu revocabantur c. *unic.* § *quia* 1. F. 1. Cum autem desierint esse precarium vasallis jure in feudo constituto, successio induta est, quæ quidem pro modo juris à principio terminis valde angustis conclusa fuit, donec jure priori mutato in infinitum excrevit c. *unic.* § *quia* 1. F. 1. Myns. *Cent. 2. Observ. 95.*

(d) Conficitur autem ritè, si solennitates & requisita à Jure Civili præscripta observantur l. 1. § 1 4. ff. *qui test. fac. pos.* l. 1. ff. *de petit. hered.* l. 1. ff. *de injust. rupt. & irrit. fact. testam.* Hic autem emergens & omninò huc pertinens quaestio ventilanda venit. An facultate concessã vasallo disponendi in ultimã voluntate de feudo pro arbitrio, solennitates quoq; testamentorum remissã intelligantur? Nos illud ipsum per l. 36. c. *de inoff. testam.* negamus. Menoch. *de arbit. jud. lib. 1. c. 7. n. 39.* Moller. *lib. 2. semestr. c. 10.* Daub. *de testam. n. 113.* Ubi plures idem sentientes allegat.

(e) Dispositio enim testamentaria est, authore Ulpiano l. 1. ff. *qui testam. fac. pos.* Voluntatis nostræ justa sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit. Ubi meritò post mortem adjicitur, vivo enim adhuc testatore nihil ex testamento debetur, cum in vitã usq; ad extremum spiritum possit revocari l. 1. C. *de SS. Eccles.*

B

proinde

proinde post mortem demum ad hanc hereditate vires ac-
cipit. l. 181. ff. de R. I. l. r. §. 5. C. de caduc. toll.

THESIS III.

Divisio hu-
jus nostre
Dispositio-
nis.

Absolutâ descriptione ad divisionem
progredimur. (a) Est autem hæc nostra
testamentaria Dispositio, vel Domini
vel Vasalli, Domini est, vel de feudo ad-
huc constituendo (b) vel de feudo jam
constituto, de feudo jam constituto ite-
rum est vel de usufructu (c) vel de pro-
prietate, quæ vel Extraneis (d) vel pro-
ximis agnatis relinquitur. (e)

(a) Ea enim animum legentis incitat, mentem intelli-
gentis præparat, & memoriam artificiosè informat, ut in-
quit Glos. in §. igitur 4. in verb. partiri in præm Inst.

De domini
testamen-
tariâ ordi-
natione.

(b) de quo in ultimo elogio disponere potest, omnes
enim feudum dare & constituere possunt, qui liberam bo-
norum suorum administrationem habent. c. unic. in pr. 2.
F. 3. arg. l. 21. C. Mandari Schr. in tr. feud. p. 4. c. 2. n. 57. Mozza
de feud. rubr. de his qui feud. dar. post n. 1. Rosenthal. de feud.
c. 3. concl. 2. n. 1. Vult. l. 1. F. c. 3. Schneidew. in Epis. feud. p. 3.
n. 3. §. 50. Obrecht. in tr. feud. lib. 2. c. 1. n. 8. Et quamquam hi
textus omnes loquuntur de eo casu quando quis inter vi-
vos feudum constituere vult. Non tamen cum *Hottomanno in*
disp. feud. c. 34. quem sequitur *Ritershusius in suis partit.*
feud. lib. 1. c. 19. quæst. ult. feudum testamento constitui posse
negandum censemus. Quia usufructus in testamento
constitui potest §. 1. Inst. de usufr. Feudum autem est quidam
usufructus c. unic. in fin. 2. F. 23. Deinde unusquisque inter
vivos feudum potest constituere, multo magis ergo in ul-
timis

timis voluntatibus, aliàs enim plus tribueretur actibus inter vivos, quàm ultimis voluntatibus *contra c. 1. Inst. C. de leg. Euf. Can. toll. Virgilius Pingiererus de feud. quest. 6. de his qui feud. accip. poss.* Proindè etiam valet argumentum à contractibus ad ultimas voluntates affirmativè. Favorabilior enim est interpretatio ultimam voluntatem quàm contractuum. *l. 12. ff. de R. I. Everb. in Top. à loc. à contr. ad ultim. voluntat.*

(c) De quo propter jus, quod vasallo antea constitutum est disponere nequit. Dominus enim & vasallus pari jure censentur *c. 1. in fin. 2. F. 6. c. unic. S. In quibus 2. F. 3. Vult. lib. 1. c. 10. n. 37.* proindè cum Vasallo negata sit potestas disponendi de proprietate domini, Ideoq; meritò etiam domino potestas de usufructu disponendi negatur.

(d) Quæ non valet. Interest enim Vasalli, ne ipsi invito alius dominus obrudatur. *Vult. lib. 1. c. 9. n. 84.* Hinc quaeritur an dominus saltem servitù alteri cedere possit? Neg.

(e) His potest relinquere nec in hoc passu præjudicium fit vasallis, quia aliàs ab intestato successuri fuerunt. Sic quoq; vasallus de feudo potest testari si eum, ut ex sequentibus patebit, instituit heredem qui aliàs ab intestato successurus erat. *Vult. lib. 1. feud. c. 9. n. 81. C. n. 84. Gædà disp. feud. 7. thes. 1. lit. c.* Ex quibus emanavit quaestio illa. An Dominus possit uni ex heredibus suis in testamento vasallum assignare. Quod affirmamus, quia per talem assignationem non fit deterior conditio vasalli, sed multò magis melior. Vasalli enim interest, ut unum saltem habeat dominum. *Ardizon de feud. c. 37.* Et tantum de dispositione testamentaria domini.



THESIS IV.

*De Vasalli
dispositio-
ne testam.*

Vasalli autem testamentaria dispositio est vel de ipso feudo, vel de realiquâ feudum quàm proximè accedente, de feudo ipso valet testamentaria dispositio modò accedat consensus, qui est vel Legis, vel Hominis, Legis consensus est, vel juris communis Feudalis, vel juris alicujus loci specialis, Hominis respicit vel dominum feudi, vel agnatos & simultaneè investitos, & est duplex Expressus, vel tacitus, Expressus est vel ab initio, vel ex post facto per ratihabitionem interponitur, uterq; autem est vel generalis, vel specialis, & impetratur vel per pactum vel per nudum consensum, de quibus singulis in subsequentibus in specie agendum erit.

THESIS V.

Consentit autem jus commune Feudale in dispositionem vasalli si feudum cadat sub licitam alienationem (a) vel si absolute hereditarium (b).

(a) Quan-

(A) Quandoquæ enim alienatio, tunc etiam heredis institutio permittitur l. 8. §. 2. C. de secund nupt. Alienatio enim est omnis actus per quem transfertur dominium. Schönor. lib. 1. disp. feud. 6. thes. 28. lit. a.

(b) c. unic. §. feudum. 2. F. 26. c. unic. 2. F. 48. Jul. Clar. receptar. sentent. lib. 4. §. feudum. quest. 40. n. 20. Schmidor. de Feud. part. 7. c. 2. n. 44. Curtius in tract. feud. part. 4. n. 132. Mozz. de feud. rubr. de naturalib. feud. n. 38. Vult. 1. F. 9. n. 74. Schneidew. in epit. feud. p. 6. c. 1. n. 16. Obrecht in tr. feud. lib. 2. c. 12. n. 12. Ratio est quia tale feudum jure hereditario æstimatur, & habetur ut res allodialis, seu patrimonialis & hereditaria. Hæc conclusio autem extenditur ut pater non modò uni filiorum, sed & cuilibet alii extraneo in investiturâ non vocato instar aliarum rerum hereditariarum, interveniente tamen Domini consensu ejusmodi feudum relinquere possit Schrad. d. l. Anar. Gail. lib. 2. obs. 154. n. 111. & seq. Schultz. in Synops. feud. c. 8. n. 17. Fallit tamen in fœminis c. unic. §. filia. 1. f. 8. c. unic. 2. F. 48. Feudum enim licet in uno atq; altero naturam mutet, in reliquis tamen retinet Rol. a Fall. conf. 79. in fin. vol. 3. Decius conf. 193. n. 5. Breunning disp. feud. 3. thes. 23. lit. a & b. Fallit deindè in istis personis quæ aliàs successionis feudi sunt incapaces, ut Clerici, licet primæ tonsuræ, seu intra probationis annum constituti sint. Item Prælati, Cardinales, Abbates, Episcopi, c. unic. §. ex hoc illud. 2. F. 30. c. unic. §. qui Clericus. 2. F. 26. c. unic. vers. sed judicatum. 2. F. 21. c. mutus. 2. F. 36. Ad hanc classem quoq; referuntur milites Hierosolymitani seu cruciferi. Nam & hæ personæ sunt religiosæ, Deoq; dicatæ & certo ordini ac religioni mancipatæ c. 8. de decimis, ac proindè nec domino servire, nec juramentum fidelitatis secundum formam in c. 5. 6. 7. F. 2. traditam observare possunt Bocer. in tr. de jur. succed. in feud. c. 3. q. 16. Menoch lib. 2. arbitr. jud. qq. cas. 231. n. 5. Fach. lib. 7. contror. c. 35. & 36. Si tamen consuetudo in contrarium exstat, eam omninò admittimus cum Vult. d. 6. 9. n. 67.

Ampliatio.

Fallit r.

2.

B 3

Hartm.



3. *Hartm. Pistor. lib. 2. q. 33. n. 23. Niel. disp. feud. 5. thes. 5. lit. a.* (3.) Nec illis potest feudum relinqui qui infirmitate vel animi vel corporis laborant, ut sunt mente capti, furiosi, surdi, muti, cæci &c. *c. unic. 2. F. 36. c. unic. §. mutus. 1. F. 6. Vult. d. c. 9. n. 64. Duaren. de feud. c. 9. n. 15. Thomas de Marin. tract. de gen. & qual. feud. t. 2. n. 234.* cum hisce bene concordat Jus Saxon. *lib. 1. Landr. artic. 4.* Würdt ein Kind gebohren / Stumm / Sinn / Witloß / oder Blind / oder sonst unvollkômlich an seinem Leibe / das ist wohl Erbe zu Landr. aber nicht zu Lehnr. Quod si tamen feudum fuerit magnum, hoc est fructuosum, tantum illis relinquendum est, quo se commodè sustentare possint *c. unic. §. mutus. 1. F. 6.* Equitas enim svadet ut dominus beneficis sit in vasalli benemeriti heredes. Hæc autem quæ dicta sunt modò de rigore juris ita procedunt: Secus enim est si dominus ejusmodi imperfectum sponte suâ ad successionem feudi admittere velit, prout hoc ipsum in Aulâ Electoris Saxonix aliquoties fuisse observatum refert *Dan. Moller. lib. 3. semestr. c. 34.* Quartò, hæretici, banniti, aut crimine capitali condemnati ex testamento in feudo succedere non possunt. Hæretici enim nulla bona possidere possunt *l. 4. §. 1. C. de hæret. & Manich. l. 2. C. de bon. profec.* Et feudum sine fide non est. *c. unic. §. 1. in fin. 2. F. 3.* Sed crimine publico damnati ab omnibus fide carere putantur, eo ipso, quod in rebus humanis indigni censeantur, & promortuis habeantur, prout huc faciunt ea quæ habet *Rosens thal. c. 3. concl. 23. n. 2. Gail. lib. 1. c. 19. n. 18. & lib. 2. c. 14. per tot. de Pac. publ.* His ita expeditis subnectenda est quaestio: An vasallus de feudo mixto ex pacto & providentiâ hereditario testari possit? Respondemus, De feudo ex pacto & providentiâ hereditario novo posse in præjudicium hereditum vasallum disponere *Hartm. Pistor. 2. quest. 4. n. 64. Jul. Clar. recepr. sentent. lib. 4. quest. 40. n. 2. Vult. d. c. 9. n. 75. Curt. Jun. p. 4. n. 132.* Ita tamen ut Domini consensum adhibeat, aliàs testamentum nullius est momenti. *Clar. d. l.*

192.
n. 2. & 3. In antiquo verò tantum filiis, non agnatis præjudicare potest. *Clar. d. l. n. 2.* Filii enim semper feudum mediante patre acquirunt *arg. c. unic. 2. F. 48.* Agnati verò, cum differant à filiis, *c. unic. 2. F. 45.* licet proximo præcedenti succedant, nihilominus tamen illud ipsum feudum à primo acquirente ad illos pervenit, *Vult. d. c. 9. n. 104. & n. 114.*

THESIS VI.

Consentit porrò jus Feudale in ordinationem defuncti de feudo ex pacto & providentiâ novo (a) non verò antiquo (b.)

(a) *c. unic. 2. f. 29.* Ubi dicitur quod filii nascituri pactum patris habere debeant ratum: Nec obstat quod iste textus solum de nascituris loquatur. Nam hi cum jam natis pari jure ac favore gaudent. *§. 4. Inst. de tutel.* Deinde, confirmat quoq; nostram opinionem *c. unic. §. si verò. 1. F. 13.* In quo feudi alienatio, quæ fit cum consensu Domini permittitur, nullâ mentione factâ filiorum. Nec infringit nostram sententiam quod ex jure Feudali, ut ex *c. unic. 1. F. 1. c. unic. in fin. 2. F. 23.* & passim adduci possit, filios per patrem acquisivisse jus quoddam. Ad quod cum *Arum. disp. feud. 6. thes. 5.* respondemus, illud jus tantum in spe consistere, ideoq; posse facto parentis iterum adimi, præsertim cum parens sibi primariò feudum acquisiverit, licet secundariò etiam filiis prospicere voluerit. Si pater per delictum filius feudum adimere potest, ut patet ex *c. unic. §. si vasallus. 2. F. 26. c. unic. 2. F. 31.* multò magis per favorabilem suæ sententiæ testimonium hoc ipsi licitum erit. *Arum. disp. feud. 6. thes. 5. Vult. d. l. n. 79.* Ubi dicit acquisivisse esse, ut quod pater acquisivit, & patris contemplatione concessum est, possit ipse in præjudicium etiam alienare. *Alvar. & Prapof. in c. unic. 2. F. 55.*
HARTNO.

Hartm. Piff. lib. 2. quæst. 4. n. 23. ubi plures allegat FF. Præ-
Requisitum. dicta tamen dispositio procedit, si accedente Domini con-
sensu facta fuerit *c. unic. 2. F. 55. Jul. Clar. receptr. sentent.*
lib. 4. §. feudum quæst. 40. n. 3. & n. 6. ubi sub finem subjicit
se ita, si casus contingeret, consulere & judicare velle.
Schrad. de feud. part. 7. c. 2. n. 19. Schneidew. in epit. feud. p. 6.
c. 1. n. 17. Rosenthal in synops. feud. c. 7. concl. 7. Mozzz. de
feud. tit. de natur. feud. n. 82.

(b) Filii enim & agnati habent in eo ex tenore primæ
investituræ jus quæ situm *c. unic. 2. F. 17. c. unic. in pr. 2. F. 39.*
quod ipsis invitis neq; per vassallum, quia non ab ipso sed à
primo acquirente ad eos pervenit, *c. unic. 1. F. 14. c. unic. 2.*
F. 17. & quia deindè ex primâ investiturâ suo proprio jure
succeedunt. *Andr. de Isern in c. Imperialen. §. præterea ducatus.*
2. F. 55. neq; per Principem vel Dominum feudi au-
ferri potest. *2. F. 39. vide thesm nostr. 1. ampl. 9.* Princeps
tamen potest feudum antiquum ob utilitatem publicam u-
ni ex filiis assignare. Quia (1) melius est ut subditi per u-
num quam plures regantur *l. 2. §. 11. ff. de Orig. jur. c. 41.*
caus. 7. q. 1. Curt. Jun. p. 4. n. 132. in pr. Præsertim cum divi-
sio non tantùm familiis, quæ per hanc plerunq; si non in-
tercidant, ita tamen attenuantur ut pro dignitate statum &
conditionem suam amplius tueri non possint, vix enim
ipsis aliquid præter dignitatis titulum & nomen reli-
quum manet, id quod quotidiana experientia docet; Sed
& Imperio Romano damno quoq; est; Variatur enim ma-
tricula Imperii aut saltem pensitationes & exactiones col-
lectarum incertæ redduntur, toties mutatis rerum posses-
soribus. Facit ad hoc text. *in l. 7. ff. comm. divid.* Proinde
etiã jus primogenituræ introductum est, quod in Jure di-
vino *Gen 25. & 27.* & canonico *c. 8. caus. 7. q. 1.* fundatum
est. *Nyns. cent. 3. obs. 23. n. 11.* Hinc est quod neq; de jure
neq; de consuetudine regales dignitates dividantur. *c. Im-*
perialem. §. præterea ducatus. 2. F. 55. Et ideò etiã Divus
Imperator Carolus Quartus Electoralem dignitatem ves-
luit

Limitat.
(1.)

193.
fuit esse individuum, uti videre est ex *Aurea Bulla*, tit. 7.

Don der Churfürsten nachkommen wegen. *Gail.*

lib. 2. obs. 143. Quia (2) accedit discordia quæ ex regnan-

tium communione oriri solet l. 26. ff. de servis. urb. præd.

l. 77. §. 20. ff. de legat. 2. *Gail. d. l. n. 10.* Hic quaeritur: An

Primogenitus vel is, cui feudum ob causas prægnantes, in

Patris testamento relictum, teneatur ex fructibus & pro-

ventibus bonorum feudaliu exclusos prospicere? Hoc li-

cet cum jure primogenituræ introductum non sit, neq; pa-

ter in testamento simul injungat ei, qui cæteros fratres ex-

cludit. Nihilominus tamen statuimus ipsum oportere ex

fructibus & proventibus exclusos prospicere. Æquitati en-

im naturali maximè consentaneum est, quæ, quasi lex ta-

cita liberis indistinctè parentum hereditatem addicit. l. 7.

in pr. ff. de bon. damnat. Porro quaeritur: An feudum hoc-

ce ex pacto & providentiâ computetur in legitimam filio

debitam? Quod negamus. Siquidem illa saltem imputan-

tur in legitimam quæ ex propriâ patris substantiâ filiis ob-

veniunt l. 29. in fin. l. 30. §. 2. l. 36. in pr. C. de inoff. testam. Feu-

dum autem non à patre sed à primo acquirente ad succes-

sores pervenit. *Bocer. clas. 4. disp. 4. obs. 37. Gail. lib. 2. obs.*

154. n. 15. De feudo ex pacto & providentiâ novo secus est,

nam hoc à patre, ut supra lit. a. probatum est, habent. *Ros-*

senthal. c. 7. concl. 14. Curtius p. 4. n. 134. Hartm. Pistor.

lib. 2. q. 38. Quod locum etiam in omni hereditario

feudo habet, Tale enim feudum habetur pro parte he-

reditatis, *Schr. p. 7. c. 5. n. 43. & 44. Piff. d. l.* Ex præ-

dictâ quaestione emanat etiam hæc. An feudum veniat

in collationem? Resolutio hujus quaestionis pendet ex

priore, nam illud demum feudum, à filiis conferendum

est, quod in legitimam imputatur. Etenim hæc duo à

pari procedunt, ita ut quicquid imputatur in legitimam,

idem etiam sit conferendum & contra l. pen. & ibi *Dd.*

C. de collat. Rittersbus. in part. feud. l. 1. c. 15. q. 32. Se-

quitur hinc alia quaestio. An ex hoc ipso feudo legi-

tima

C

tima debeat fororibus à successione per testamentum
exclusis? Respondeo: Hanc ipsis non deberi. Est enim
legitima quarta pars debita ab intestato portionis l. 8.
§. 8. ff. de inoff. testam. Hartm. Pif. d. 9. 38. n. 15. quia au-
tem ab intestato non succedunt, legitimam nullo mo-
do petere possunt l. 6. §. 1. ff. de inoff. test. l. 8. C. Eodem.

Limit. Quod si tamen feudum sit ejusmodi, ut feminae in eo
simul cum masculis succedant, tunc ipsis legitima de-
betur Pistor. d. l. n. 44.

Q. An verò ex feudo novo, quod
pater suâ pecuniâ comparavit, legitima filiabus debeatur?
Nos, licet multa pro contrariâ opinione speciosè
proferantur, dicimus, filias ex feudo pecuniâ paternâ
comparato legitimam jure petere posse, non quidem ex
ipsâ substantiâ feudi, neque etiam secundum veram ejus
æstimationem, sed duntaxat habitâ ratione pecuniâ
in emptionem feudi collocatæ. Hartm. Pif. d. l. n. 63. &
segg. ubi rationes & aliorum auctoritates prolixè re-
fert.

Q. Hinc etiam quæritur: An frater vel agnatus te-
neatur fororibus dotem & alimenta ex hoc ipso feudo
constituere? Quod quidem nullo juris feudalis textu
comprobat, sed expressè contrarium in c. unic. §. do-
nare 2. F. 9. constituitur. Veruntamen ex æquire in ter-
ris Saxonis consuetudine introductum est, si forte va-
sallo alia bona allodialia non sint, ex quibus filia pro
statu & conditione suâ personæ dotari & alimentari pos-
sint, tum, ut in thes. 1. amp. 4 & 5. dictum, dos & alimenta,
ex arbitrio domini feudi ipsis constituenda est.

Q. Quæritur ulterius: An filius repudiatâ hereditate feudum re-
tinere possit, an verò utrumque aut agnoscere aut repu-
diare necesse habeat? Posterius indistinctè affirmo per
c. unic. 2. F. 45. c. unic. §. filius. 2. F. 51. Thomas de Marin.
in tr. feud. tit. 1. n. 30. Curt. p. 1. 9. 8. n. 9. Secus de Jure
Saxonico Landr. lib. 2. art. 21. §. wird es auch frey
ledig. Et s̄ hat auch ein Mann einen Sohn. Ex
quo apparet, filium spretâ hereditate feudum retinere
posse.

posse. Proinde per hunc textum quidam Præctici differ-
 rentiam inter jus commune & Saxonicum statuunt. *Co-*
lerus decis. 79. Sed, an etiam agnatus repudiatâ heredi-
 tate feudum retinere possit? Quod affirmamus per *d.*
c. unic. 2. F. 45. Ratio diversitatis dari potest hæc, quod
 filius omne feudum acquirat, non quidem jure heredi-
 tario, sed jure successione à patre intermedio jure sangvi-
 nis. Proinde contra æquitatem foret, ut patrem, cujus
 beneficio feudum acquirit, lædat. Interest enim memo-
 riæ defunctorum, ne careant successoribus §. 1. & §. 2.
Inst. qui & quib. caus. man. non poss. Agnatus autem sem-
 per primo acquirenti illud adscribit. *Arum. disp. feud. 6.*
obs. 5. Jacob. de Belvisio ad c. unic. 2. F. 45. Hartm. Pistor.
l. 2. q. 2. qui hanc quæstionem solidissimè tractavit. Ul-
 timò quæritur: An filius & agnatus semper de ære alie-
 no creditoribus respondere debeant? De filio, quod de
 jure communi teneatur affirmamus per jura in præce-
 dentibus allata. De jure verò Saxonico non tenetur, *Co-*
ler. d. decis. n. 2. nisi de fructibus ejus anni, quo mortuus
 est vasallus *c. unic. §. his consequenter. 2. F. 28. c. unic. 2.*
F. 45. Agnatus verò non semper tenetur, quia potest he-
 reditatem repudiare & feudum retinere. *Gail. lib. 2. obs.*
154. n. 4. Ubi meminit in gravissimâ quadam causâ
 ita observatum fuisse. Quapropter svadet, ut circum-
 specti sint illi, qui cum hujusmodi vasallis contrahunt,
 ne decipiantur: decipiuntur enim multi hac subtili-
 tate juris: igitur consulant peritiores: & licet hoc du-
 rum sit, propter bonam fidem & imperitiam contra-
 hentium: tamen ita Lex feudalis scripta est. *c. unic.*
2. F. 45. l. 12. ff. qui & à quib. man. lib. non fiant. De fru-
 ctibus verò ejus anni, quo mortuus est vasallus æs a-
 lienam solvere tenetur. *d. c. unic. 2. F. 28. c. unic. 2.*
F. 45.

THESIS VII.

De feudo autem Franco jus Feuda-

C 2

le

le testari non permittit (a) optimè tamen vasallus de omni feudo testari potest, si eum instituit heredem, qui alias ab intestato successurus erat. (b)

(a) Hæc enim dispositio fit in præjudicium domini, *c. unic. 2. F. 6. in verb. uile, & agnatorum. c. unic. pr. 2. F. 39.* Nec infringit nostram sententiam, quod hoc feudum sit ab oneribus & seruitio liberum, nec quod specialiter non sit prohibitum. Nam licet hoc ipsum feudum in uno atque altero capite, alteratum sit, propter quod etiam improprium dicitur, nihilominus tamen in aliis capitibus non alteratis propriam suam naturam retinet, *arg. c. unic. 2. F. 48.* Proinde quia hoc quod nempe Vasallus possit de eo testari, specialiter non est concessum, necesse est ut maneat sub regulâ communi. *Arum. diff. feud. 6. thes. 8. Rosenthal. c. 2. concl. 35. n. 2. Gothofr. Anton. diff. feud. 5. thes. 8. lit. e. Gædd. in prælect. feud. c. 8. concl. 1.*

(b) *arg. c. 1. §. sed etiam res. 2. F. 3 & Dd. communiter in c. unic. 2. F. 39. Afflicti. in c. unic. n. 25. 1. F. 8. Mozz de natur. Feud. n. 86. Gothofr. Anton. d. diff. thes. 8. lit. f. Curt. p. 4. n. 129.*

THESIS VIII.

Nunc ad consensum Legis alicujus Specialis nobis etiam deveniendum est, Quæ duplex est, vel Statutum (a) vel Consuetudo. (b)

(a) Si ergo tale statutum adest, quod feudi dispositionem testamentariam admittit, omnino observandum est, §. 1. *Instit. de l. N. G. & C. l. 9. ff. de Just. & jur.* Et est duplex, aliud Provinciale, aliud Municipale. In co-
antem

autem differt à consuetudine, quod vires suas expressa
sanctione ad exemplum legis habeat. Consuetudo verò vi-
res suas gradatim & quidem tacite assumat. Nec ob-
stat; quod statutum & consuetudo in iure nostro Civili
sepius àequiparentur ut in l. 25. ff. ad municipal. l. 5. §. 1.
ff. de jur. immunitat. Hæc enim àequiparatio saltem procedit,
ubi eadem est ratio in utroq; ubi verò non est eadem
ratio ibi à se invicem distinguuntur.

(b) Arg. l. 32. ff. de ll. c. 4. distinct. 12. Schneidewin. in epit.
feud. p. 6. c. 1. n. 12. Schr. de feud. p. 7. c. 2. n. 14. Rosenthal. in
Synopsis feud. c. 7. concl. 8. n. 1. Zas in tr. feud. p. 8. n. 63. Schultz.
in Synops. c. 8. n. 22. Est enim optima interpret legum. l. 37.
ff. de leg. magistra practicae Zasius in l. 53. ff. de re judic.
& fundatrix totius juris feudalis ut patet ex rubr. jur. Feud.
Ideoq; etiam merito consuetudinibus feudalibus dero-
gare potest. Quicquid enim secundum ritum illud, de
genere dicitur, illud etiam de qualibet specie sub genere
illo contenta dici potest. Sed indubitati juris est, posteriorem
legem abrogare posse priorem. l. ult. ff. de Const.
prim. Ergo & consuetudo posterior eam, quæ præcessit,
tollere potest, quia sub specie juris comprehenditur §. 3.
Inst. de jur. N. G. & C. quod etiam Iustus Julianus expressè
innuit l. 32. ff. de ll. Ubi dicit; mutari & abrogari leges ta-
cito populi consensu, per quem tacitum consensum nihil
aliud, quàm consuetudo intelligenda est. His autem gra-
visimè obstat l. 2. c. qua sit longa consuetudo. Ad quam Dd.
varie respondent. Harprecht, qui alias celebris, ad §. 9.
Inst. de I. N. G. & C. jubet Lectorem de verà & reali solu-
tione cogitare dicens se nihil boni ad legem istam conci-
liandam in promptu habere. Nos oblata in conflictu
occasione, videbimus quid ad illam ipsam responderi pos-
sit. Interim videri potest Franzkius in elegantissimis suis
Exercitationibus Exercitat. 1. quæst. 9. Quæritur autem hoc
loco, quot actus, quot anni ad introducendam talem con-
suetudinem requirantur? Nos, cum hoc ipsum in nullo ju-

C 3

2



ris textu exprimatur, relinquimus arbitrio & discretioni
 iudicis. Quod, quo ad tempus introducendæ consuetudi-
 nis, de Jure Saxonico, secus est. In eo enim expressè anni
 31. & dies requiritur *Landr. lib. 1. artic. 29. Sachs. diff. 12.*
Reinh. part. ult. diff. 1. Wesenb. in æ ff. de leg. SCris. & long.
consuetud. Nec opus est ullâ distinctione actuum. Nihil
 enim interest, si vè illi sint judiciales si vè extrajudiciales.
 Generaliter namq; requiritur consensus tacitus *l. 32. §. 1.*
l. 35 ff. de leg. Ad ea autem quæ solo consensu inducuntur
 iudicis præsentia non est opus *l. 28. C. de transact.* præter-
 tum cum Jctus Calistratus consuetudinem separet à rebus
 iudicatis *l. 38 ff. de leg. Donell. lib. 1. comm. c. 10. Speckhan.*
cent. 1. q. 73. n. 29. Et hoc ipsum teste *Gallio lib. 2. obs. 3. n. 8.*
 in Camera Imperiali Spirensi, observatur. Porro quæritur
 an hæc consuetudo in scripturam redacta pertineat ad
 jus scriptum? Quod negamus. Scriptura enim saltem
 memoria, & facilioris probationis causâ & ita ex acci-
 dente fit, per quæ consuetudinis natura immutari nequit
l. 4. ff. de pign. l. ult. C. de leg. c. 5 §. fin. dist. 1. Connan. lib. 1. Com-
mentar. Jur. c. 10. Hinc quæritur etiã an hæc ipsa con-
 suetudo probari debeat? Nos affirmamus per *c. 1. de con-*
suetud. Ernesti Coth resp. 13. n. 74. & seq. Nec obstat trium
 illud, opinante *Limnio in process. disp. obs. 3;* jura non pro-
 bari sed allegari debere *l. 5 ff. de probat.* Nos enim non
 consideramus consuetudinem in se, quia tunc, secundum
 allegata, juris est, sed saltem quærimus an hîc vel illic ea sit
 consuetudo? quæ quæstio facti est: itemq; actus, ex quibus
 inducitur consuetudo, sunt facti *l. 32. §. 1. ff. de leg. facta autem*
non præsumuntur sed probantur arg. l. 13 §. ult. ff. de
publ. in rem act. Possunt n. plerunq; etiã prudentissimos
 fallere *l. 2. ff. de jur. & fact. ignor.* Alias certè consuetudo
 non est facti sed juris *§. 9. Inst. de J. N. G. & C.* Sequitur jam
 alia quæstio. Quomodo nempe hæc ipsa consuetudo
 probanda sit? Nos existimamus eam probandam esse
 specificè, non præsumptivè, sed plenè ac sufficienter; pu-

ta a-

ra actis, instrumentis itemq; testibus ad minimum duobus l. 12. ff. de testibus. Instrumentis nimirum in eo territorio, de cujus consuetudine quaritur, confectis, gestis & tractatis Corb. resp. 13. n. 33. & n. 104 & seq. Assertionem autem iudicis: itemq; Doctoris de tali consuetudine attestantis consuetudinem verè & simpliciter non probari veri us est per Corbm. d.l. n. 35. & seq.

2.

THESIS IX.

Absoluto consensu Legis, consensum hominis accedamus necesse est, qui est vel domini, vel agnatorum, vel eorum qui in primâ investiturâ comprehensî sunt, quo interveniēte dubium nullum est, quin valeat dispositio (a).

(a) c. unic. 2. F. 39. c. 1. §. præterea 1. F. 5. c. unic. §. Titius, 2. F. 26. c. unic. in verb. sine ipsorum permissione 2. F. 52. c. unic. 2. F. 55. Quilibet enim licentiam habet his, quæ pro se introducta sunt, renunciare l. 29. C. de pact. Præclarum autem personarum consensus in feudo antiquo ex pacto & providentiâ conjunctim requiritur. Feudum enim quod cū consensu domini & dissensu heredum feudalium in testamento relictum est, potest ab heredibus revocari. Solum enim consensus Domini hoc in casu est inefficax propter successores feudales, quos antea simultaneè investivit c. unic. in fin. 2. F. 23. c. unic. in pr. 2. F. 39. quod etiam jure Saxonico obtinet *Torgaw ansichreiben in welcher gestalt die agnaten vnd mit belehnten. ibi, wenn es schon der Lehn Herr bewilliget hette/ vnd mögē es die Lehn Erben wieder an sich fördern.* De novo verò ex pacto & providentiâ solum domini consensus sufficit arg. c. unic. in pr. 2. F. 55. Schneidew p. 6. n. 5. ubi simul formulam adijcit his verbis. Von Gottes Gnade



den wir Augustus &c. ibi, Wns̄ derowegen unterthänig vnd demütiglich gebethen/dieweiln er wüſte, das Ihn ſolch vermächtniß auff dem Ritterlehen außſerhalb vnſers / als des Landvnd LehensFürſten / bewilligung vnd beſterigung nicht zuſtünde / noch kräfttig ſein könnte / das wir ſolch ſein Teſtament gnädiglich geruhen wolten zu beſtätigen vnd confirmiren. So haben wir demnach gedachtes N. N. ſondere trewe vnd fleißige Dienſte / die Er vns gethan / vnd die Brſach Ihn darzu bewegend / ſambe ſeinen unterthänigen fleißigen bitten gnädig angeſehen. Beſtätigen vnd confirmiren derowegen / auß beſondern Gnaden / daß lb ſein Teſtament vnd vermächtniß &c. Doch Wns̄ vnd vnſern Erben an vnſern Ritterdienſten / auch männiglich an ſeinem Nechten vnschädlich. Zu Bhrkund &c. Si verò feudum quideſſa novum, ſed jure feudi antiqui. Nach Artz vnd Eygengſchafft eines Nechten alten Stam Lehnguts conſeſſum & proximi agnati ſimultaneè inveſtiti fuerint ſo ſie in die geſamte hand ober geſamte belehnung genommen / tunc eorum quoq; requiritur conſenſus. Quid ſi duo concurrant domini quid tunc faciendum ſit quaritur? Nos putamus tutiùs eſſe, ſi vaſallus amborum conſenſum adhibeat, licet aliquando etiam ſuperioris ſufficiat, quæ ſententia in puncto juris verior eſt. *Mynſ. cent. 5. Obſ. 66. n. 3. Gl. in c. unic. §. illud quoq; 2. F. 55. Hartm. Piſor. lib. 2. Obſ. 39.* Sed ſi dominus & proximi agnati in tale teſtamentum conſentire recuſent, an poſſint cogi? Nos negamus ex hac ratione quod aſſenſus ſitv oluntatis non neceſſitatis. *Jfern. in c. 1. §. quid ergò n. 6. 2. F. 8. Burſat. Conf. 127. n. 13. vol. 2.* Quando autem conſenſum ſemel adhibuerunt, tunc non poſſunt eum revocare. *Curt. jun p. 4. n. 141. Roſenthal. de feud. c. 9. concl. 5. lit. b.* In impetrando autem hoc ipſo conſenſu nulla opus eſt ſolennitate *Plat. c. 10. n. 67.* Volunt tamen de eo per ſcripturam conſtare debere *Bald. in c. unic. in pr. 2. F. 33. Brun. conf. 38. n. 8. Burſat. Conf. 80. n. 24. vol. 1.* An autem credatur

Mora-

197

Notario & partibus assentibus in testamento assensum
domini impetratum fuisse vide *Mozz. de amiss. feud.*
n. 157. qui quidem in specie de consensu in contractu ad-
hibito loquitur, sed quia à contractu ad ultimas volunta-
tes licitum est argumentari teste *Eberhardo in loco à*
contr. ad ultim. voluntates: Ideoq; hic etiam ipsum al-
legare possumus. Porro huc etiam decidenda venit qua-
estio. An testamentum, quod Archiepiscopus vel Episco-
pus in suo Archiepiscopatu vel Episcopatu confirmavit,
licet Papa ambitiosè in *c. 2. de prebend. & dig. in Clem. c. 2.*
de feud. c. 17. caus. 9. quest. 3. omnia prædia Ecclesiastica
sua esse feuda confidenter asserat, ratum sit etiam si post-
ea Papa ratum habere recuset? Quod affirmamus. Va-
sallus enim jus per assensum Archiepiscopi & Episcopi
acquisivit, quod ipsi à Pontifice sine causâ auferendum
non est *l. 11. ff. de R. I. l. 15. C. de Rei vindic. Covarr. lib. 2.*
var. resol. c. 19. n. 4. Quod in reformatis nostris Archie-
piscopatibus & Episcopatibus minus habet dubii, siqui-
dem Papalis illa jurisdictio Ecclesiastica inter Pontificios
& Lutheranae religioni addictos per Pacificationem Re-
ligionis quæ facta est in comitiis Augustanis Ann. 1555.
N. U. S. Damit auch 7. suspensa est *Limneus lib. 1. c. 13.*
n. 18. de Jur. Publ. Rom. Imper. Si verò Archiepisco-
pus vel Episcopus non adhibito consensu Dni. Capitu-
larium solum assenserit, tunc talem dispositionem non
valere putamus. *c. 22. caus. 12. quest. 2. c. 2. c. 3. & c. 5.*
De his, quæ sunt à Præl. sine. cons. Capit. Glos. in c. 2.
dist. 67. Episcopus enim nihil absq; consensu capituli de
futuris in præjudicium successoris disponere potest
Afflic. decis. 101.

T H E S I S X.

Prædictus autem Consensus est vel
Expressus vel Tacitus, Expressus vel ab
D initio

initio (a) vel ex post facto per ratihabitionem interponitur. (b) Uterq; iterum est vel Generalis (c) vel Specialis (d). Tacitus expressum imitatur (e).

(a) De hoc nullum est dubium, quin eo adhibito testamentum de feudo ceteris tamen paribus rectè fieri possit, Unusquisq; enim ut antea dictum, potest de jure suo tantum remittere, quantum vult *l. 29. C. de pact.*

(b) Ratihabitio enim confirmat actum invalidum. *c. unic. 2. F. 39.* & retrahitur ac consensum initialem imitatur, confirmans ea quæ ab initio subsequuta sunt *l. fin. C. ad Scutum Maced. l. 25. C. de donat. inter vir. & uxor.* Deinde ubicunq; consensus non requiritur ut autoritas ibi locus est ratihabitioni. Hic autem non requiritur ut autoritas, sed quatenus spectat ad commodum ejus, qui consentit. *Wesemb. c. de auth. & conf. tut. Herm. c. unic. 2. F. 55. n. 14. Curt. p. 4. n. 138.*

(c) Generalis est quando potestas testandi alicui indistinctè conceditur. Hinc queritur. An hoc in casu Vasallus feudum possit Ecclesia vel Republicæ relinquere? Neg. Magnum enim fieret præjudicium domino, cum feudum nunquam ad eum reversurum sit, siquidem ecclesia & Republica nunquam desinunt esse heredes *c. unic. 1. F. 13.* nunquam enim moriuntur. Et quod semel Deo dicatum ad usus humanos non iterum transferendum est. *C. 51. de R. l. in glo.* Proinde non præsumendum est dominum in talem alienationem consensisse, nisi fortè contrarium expressè probetur. Porro quoq; queritur. An is cui generaliter data est licentia testandi possit etiam de parte testari? Et hoc negamus. Fundamentum nostrum in eo est, quod domini interfit, ut feudum non distrahatur ac dividatur inter plures vasallos. Nam sicut vasallus non cogitur plures dominos agno-

198.
agnoscere *c. unig. §. firmiter in fin. 2. F. 55.* Ita nec domi-
no invito plures vasalli obtrudendi sunt. Licet enim
consentiat in alienationem totius feudi, non tamen videretur
consensisse in alienationem partis. Huc etiam venit
annectenda quaestio si dominus consentiat absq; prote-
statione illa: Salvo jure directi domini *Jebeck das es
Shme an seiner Lehens gerechtigkeit ohne schaden sein sol-
le / an sibi quo ad dominium directum praedictum faci-
at? Nec hoc affirmare possumus. Renunciatioes
enim sunt stricti juris, nec praesumantur nisi probentur,
quia nemo jactare suum praesumitur in *pr. l. 25. ff. de pro-
bat.* Praesertim cum Confirmationis natura perhibeatur
addere robur confirmato, non ergo confirmatio exten-
tenda ad non contenta in ea *Knichen de Vestitur. part.
p. 1. c. 1. n. 126.* ubi plures allegat. Cui accedit quod con-
sensus domini saltem requiratur, ut tale testamentum
valeat, quantum ad ipsum jus, quod vasallus habet, qui et-
iam in ea intentione & mente est, ut illud tantum in
suum successorem transferat. Praedicta autem licet
ita se habeant, consultius tamen esse putamus si domi-
nus modo dictam clausulam, Salvo jure directi domini,
adjiciat, quod hodie plerumq; fieri solet ut patet ex
translata confirmatione Electoris Augusti. thes. praeced.
Deniq; notandum est, quod quemadmodum Dominus
talem dispositionem in suum, non vero agnatorum
praedictum confirmat, ita unus agnatus non possit
caeteris agnatis & simultaneè investitis praedictum
*Schr. p. 7. c. 2. n. 17.**

(d) Hic Limitatus est personae, temporis & modi adje-
ctione. Ideoq; etiam strictè accipiendus est, ita ut non
extendatur ad non expressa. *Mozz. de amiss. feud. n. 156.
vers. sed quid si Vult. lib. 1. c. 10.* quia consensus ille ac-
commodatur testamentariae dispositioni, quae est contra
naturam feudorum. Hinc licentia facta Vasallo tes-
tandi in Titium dispositio facta in alium nulla est.

D 2

Gloss.

Gloss. in c. unic. 2. E. 55. Decian. conf. 83. n. 3. Hinc etiam est ut certâ alienationis specie definitâ non possit à Vafallo usurpari alia. Ut, si concessa fuit alienatio in ultimâ voluntate, non valet alienatio inter vivos *Bald. in d. cap. Curt. jun. p. 4. n. 145.* Sic licentiâ datâ ad certum aliquod tempus si tempus, testamento nondum factò, elapsum sit, sinè novo consensu amplius testari non licebit *Commerar. in d. c. pag. 355.*

(e) Hunc consensum Tacitum sive præsumptum non omnes eodem definiunt modo. Quidam enim definiunt illum solâ scientiâ cum taciturnitate, per *Gloss. c. unic. 2. F. 52.* & hanc taciti consensus definitionem veram esse dicit *Borch. c. 8. n. 73.* à quâ in iudicando recedendum non esse testatur *Schurff. Conf. 41. n. 3. cent. 1. Zas. p. 9. n. 31.* sed multis displicet per *l. 8. §. 15. ff. quib. mod. pign. solv.* Is enim qui simpliciter actum scit & fieri patitur, dum absens est non modò pro non consentiente, sed pro dissentiente, quoties de ipsius incommodo agitur habendus est *l. 8. §. 1. ff. de procur.* Quapropter tum deum scientia cum taciturnitate sufficit, si dominus & agnati in actu testandi sint præsentis, quæ sententia in puncto juris verior est *Zas. de feud. alien. 7. Myof. cent. 4. Obs. 87. Wesenb. de feud. c. 8. n. 13.* Si verò consensus quoq; tacitus absentis ex aliis constat, tunc non semper requiritur præsentia. Veluti si ex Conjecturis absentis tacitus consensus colligi possit, puta si de testamentariâ dispositione ad dominum literæ essent scriptæ, quibus acceptis tacuisset, *Bar. in l. 12. §. 1. ff. rem rat. hab.* vel si testamentum suo sigillo confirmet. *Wesenb. c. 8. n. 21.* vel si post mortem testatoris debito tempore feudum ad se non revocet. *Schenck Baro in Viridar. concl. 95.* Similiter tacitum domini consensum nonnulli arguunt ex eo, si vafallus testando suam & domini conditionem meliorem fecerit. *Par. de Pute. de redintegr. feud. c. 149. n. 5. & seq.*

Limitat.

THESIS

199.

THESIS XI.

Porro impetratur consensus per pactum (a) quod à nudo & simpliciter sic dicto consensu differt. (b)

(a) Quod alibi etiam pactio *c. unic. 2. F. 107.* Item tenor investituræ *c. unic. §. præterea. 2. F. 2. c. unic. §. 1. 2. F. 104.* appellatur. Si ergo contractui feudali pactum tale adjectum sit, ut vassallus de feudo testari possit, dubium nullum est quin testamentum sit validum. Talis enim pactio naturam feudorum derogat, & feudalem contractum format ac reformat *c. unic. §. præterea. 2. F. 2. c. unic. 2. F. 18.*

(b) Consensus enim latius patet quam pactum. Sæpè tamen in jure nostro ut causa & effectus confunduntur *l. 7. §. 4. ff. de pact. W. verb. in parat. d. tit. n. 2.*

THESIS XII.

Absolutâ dispositione testamentariâ de ipso feudo, consequens est ut agamus quoq; de rei feudum quàm proximè accedentis ordinatione testamentariâ. Quæ valet, si est vel de feudo pignoratitio, Germanis ein Pfandlehcn (a) vel de feudo Antichretico, quod apud nos widerkaufflichlehen vocatur. (b)

(a) Quicumq; enim jus pignoris in feudo est adeptus, ille potest de eo tam inter vivos quàm in ultimâ voluntate disponere, non quidem de feudo ipso, sed de obligatione ipsâ, quam per illud ipsum pignus adeptus est. Hæc enim obligatio pro re allodiali habetur, quia tanquam accessoria, sequitur naturam principalis, debiti nimirum. *arg. l. 35. §. 1. ff. de Reiv. l. 44. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 26. §. 2. ff. de pact.*

pañ. dot. c. 43. de R. L. in 6to. debitum autem principale sine dubio inter res allodiales refertur. *Rosenthal c. 7. concl. 9. Schrader. p. 7. c. 2. n. 26. & seq. Gothofr. Anton. disp. 5. thes. 8. lit. g. Setzer disp. feud. 7. thes. 4. lit. d.* Hæc tamen ita procedunt, si dominus & simultaneè investiti ab initio in pignoratitium hocce feudum consenserunt, aliàs enim prædictæ persona, etiam non refuso debito, feudum revocare possunt. Nam ubicunq; prohibita est alienatio, ibi quoque prohibetur pignoris & hypothecæ obligatio *l. fin. C. de reb. alien. non alien. c. unic. in pr. 2. F. 55.* Nec infringit nostram sententiam quòd per pignus tantum jus in re constituatur, nec dominium transferatur, *l. 1. C. de fund. dotal.* Nam libenter concedimus per pignus jus in re saltem constitui, nec sub propriâ significatione vocabuli alienationis contineri, nihilominus tamen statuimus improprie sub alienationis vocabulo comprehēdi *d. l. fin. C. de reb. alien. non alien. præsertim in jure nostro feudali per expressum c. unic. in pr. 2. F. 55.* Nam cum jus rei diminuitur & ad alium transfertur, id quod translatum sanè etiam alienatum est. *Fabian. de Monte S. Geminiano in tr. de Empt. & vend. q. 22. n. 10. c. 5. de reb. Eccles. alien. vel non.*

(b) Hæc autem in multis à feudo pignoratitio differt. (1.) enim pignoratitium semper solutione ejus quod debetur solvitur *l. 1. in pr. l. 5. §. 2. ff. quib. mod. pign. vel hypotheç. solu.* Antichreticum verò finito tempore, quod in contractu constitutum erat, & pecuniâ tum demum solutâ liberari potest. (2.) Antichresis semper & indistinctè est usuraria *l. 17. C. de Usur. Molin. in tr. de Usur. q. 32. Negusant. in tr. de pign. memb. 5. n. 10. & seq.* Contractus verò pignoratitius, non est suâ naturâ usurarius, sed tum demum fiata conventum fuerit. (3.) In Antichresi fructus pignoris non computantur in sortem, etiamsi legitimum usurarum modum excedât, veluti si centum quis mutuo acceperit, & fundum pignori dederit, qui quotannis viginti aureorû vel etiam plus vel minus reddere solet, nihilominus tamen va-
let

letista conventio d.l. 17. C. de Usur. Cujacius observ. 35. lib. 3.
 & lib. 8. obs. 17. Hoc autem fit ob duas rationes (1.) propter
 incertum fructuum proventum, cum enim uno anno plus,
 altero minus nascatur, ideoq; si pauciores fortè colligat
 creditor ex fundo pignozato fructus, quàm legitimarum
 usurarum modus efficiat, contentus iis esse cogitur, si verò
 uberiores, debet etiam hoc cedere lucro creditoris. (2.)
 propter incertum fructuum pretium. Pretia enim pro lo-
 corum & temporum varietate mutantur, hinc etiam fit, ut
 fructus aliquando excedant legitimarum usurarum mo-
 dum, & aliquando usuræ fructus. Prædicta autem omnia
 vera sunt in antichresi expressâ, ubi nempe inter debito-
 rem & creditorem expressè & nominatim conventum fu-
 erit, ut creditor re pignori datâ in vicem usurarum utere-
 tur, fruereetur. Secus verò est in tacitâ in quâ creditor fru-
 ctus intra modum tantùm legitimum usurarum vice per-
 cipere potest. l. 8. ff. in quib. caus. pign. vel hypothe. tac. con-
 trib. In utraq; autem antichresim expressâ quàm tacitâ
 consensus quoq; domini & simultaneè investitorum ne-
 cessarius est. Quæritur autem hoc loco an fœminis etiam
 feudo pignoratitia & emptâ relinqui possint? Quod puta-
 mus, secuti Rauhewium part. 1. q. 37. qui hoc ipsum mul-
 tis rationibus approbat.

Q.

THESIS XIII.

Valet etiam dispositio testamentaria
 de meliorationibus intrinsecis (a) & ex-
 trinsecis. (b) Item de fructibus feudali-
 bus (c) & de pecuniâ ex feudi venditio-
 ne redacta. (1)

(a) Sunt autem meliorationes intrinsecæ, quando
 ita aliquid feudo jungitur, ut salvâ ejus substantiâ inde di-
 velli nequeat Hartm. Pistor. lib. 2. q. 42. Rosenthalc 10. concl.
 43. Schmid. 2. part. 9. princ. sect. 2. n. 1. Et hoc in casu do-
 minus



minus vel agnatus, si feudum ipsis fuerit apertum, tenentur aut pretium seu impensas in meliorationem factas restituere, aut pati, ut melioratio ista auferatur *c. unio 2. F. 28.*

“ Nec infringit nostram sententiam, quod nemo possit repetere eas expensas, quas sciens in alieno fecit fundo §. 29.

Inst. de Rer. divis. Respondemus enim: Vasallum expensas facientem in re feudali, non facere prorsus in alieno solo, sed quasi in suo, cum habeat utile feudi dominium. Hisce

℞. præmissis quæritur, an semper sit in arbitrio domini, utrum malit pretium meliorationis reddere, an verò pati, ut melioratio seu ædificium tollatur? Nos putamus electionem non semper esse penes dominum. In necessariis enim meliorationibus nullo modo hæc electio domino datur, sed tenetur ipsis expensas restituere, *S. bnd 2. part 9. sect. 2. n. 95. §. Tertia hæc limitatio* at bene in voluptuariis *Hartm. Pistor. q. 42. n. 7.*

℞. Melioramenta autem æstimanda sunt, non pro valore ruderum & materiæ quanti eæ vendi possint diruto ædificio, sed secundum valorem ædificii consistentis, ut probat *Clarus §. feudum. q. 88. n. 2.* Et in illâ æstimatione licet quidam existiment, spectandum esse illud tempus, quo factæ sunt impensæ & meliorationes, ut videre est apud *Mench. de Recup. poss. remed. 15. n. 565.*

℞. communior tamen est opinio in contrarium, rationem nempe habendam esse ejus temporis, quo feudum apertum restituitur de quo apud *Clar. d. loc. in addit.* Pretia enim rerum iusta, ex præsentis non præteritæ æstimatione constituuntur *l. 3. §. 5. ff. de jur. Fisci.* Vasallus tamen illas impensas repetere non potest, si ædificium colligendorum fructuum gratiâ exstructum fuerit *S. bnd 2. p. 9. sect. 2. n. 144.* Idem etiam statuitur de impensis exiguis & modicis *S. br. d. l. n. 69.* ubi concludit iudicis arbitrio relinquere,

℞. quænam modicæ dicantur impensæ. Illud adhuc notandum est: in melioratione æstimandâ, non habere locum compensationem fructuum perceptorum, cum illo quod impensum est. Ubi quæritur: enim fructus non jure possessionis,

tionis,

201.
sionis, sed dominii percipiuntur, cesat compensatio *Bald.*
in l. 42. §. 1. ff. solut. matr. Negulant. de pign. memb. 4. p. 5.
n. 14. Deteriorationis tamen ratio in affirmatione melio-
rationis merito habetur. *Schr. d. l. n. 29. & n. 74.* Quæ sen-
tentia ex eo confirmatur, quod in legibus cautum sit, illud
tantum censi lucrum, quod deductis omnibus damnis,
superest. *l. 30. ff. pro socio. §. 2. in fin. Inst. cod. tit.*

(b) circa has meliorationes notandi sunt tres casus.
Primus est, si factò aliquo vasalli interveniente aliquid ac-
ceserit feudo, puta, si vasallus bona allodialia emat, illaq;
uniat feudo: quæ tamen exiade non efficiuntur feudalia
sinè expressâ & novâ investiturâ *Hartm. Pistor. d. l. q. 42.* Nisi
vasallus bona illa allodialia sciens consentiente domino
accepisset in feudum: vel de illis bonis 30 annos tanquam
feudalibus, peculiare servitium præstitisset domino *c. unic.*
§. si quis. 2. F. 26. Rüd. in meth. jur. feud. lib. 1. c. 15. n. 1.
Joan. Zabel. Exercit. feud. 5. thes. 5. Arum. disp. feud. 5. thes. 30.
Schneidew. in epit. feud. p. 4. n. 50. & seq. Wesenbec. de feud. c. 6.
n. 3. Obrecht. tr. de feud. lib. 2. c. 6. n. 2. Bocer. in tr. de præscript.
feud. c. 1. n. 1. c. 2. n. 8. & seq. Hinc si vasallus jurisdictionem
aliquam feudo acquisierit aliundè, illa feudo non accre-
scit: ideoq; non pertinebit ad dominum, neq; ad agnatos,
ad quos feudum devolvitur, sed manebit penes vasallum,
vel ad heredes vasalli transibit *Clar. d. §. feudum. q. 88. n. ult.*
Secus est in servitutibus pretio acquisitis à vasallo: Ex e-
nim, finito feudo manent penes feudum, & unà cum ipso
acquiruntur domino vel agnato. Ratio differentiar est in
eo; quod jurisdictio sit aliquid separatum ab ipso castro
livè feudo. Servitus verò est jus inseparabile *Clar. d. l. q. 38.*
n. 4. Alter casus est: Si absq; vasalli factò ex ipsâ rei naturâ
incrementum fuerit unitum feudo: veluti, per alluvio-
nem, vel fluminis impetum. In quo casu communiter di-
stinguitur, ut incrementum evidens & separatum acquiratur
domino feudi, latens verò pertineat ad vasallum. Nos
cum *Clar. d. q. 88. n. 3. existimamus, æquius esse ut quodvis*

E

incre-

incrementum, quod sine industria vasalli feudo accesserit, quoad proprietatem quidem acquiratur domino: quantum verò ad jus, sive utile dominium, vasallo. (3) Ultimus casus est: Si augmentum sit mixtum, hoc est, partim factio hominis, partim dispositione legis accesserit: ut in præscriptione quod augmentum similiter ad dominium pertinet. *Schrad. 2. p. 9. sect. n. 6. & 7. Hartm. Piff. d. l. n. 55.* Proinde de ultimis hisce duabus speciebus vasallus disponere nequit, de primâ verò optimè potest. Feudo enim finito absq; culpâ vasalli, meliorationes feudales ad eò transeunt ad heredes allodiales, ut etiam rem feudalem tam diu retinere possint, quo ad meliorationes receperint *Rosenthal in synopsis. feud. c. 10. concl. 43. n. 39.* Postunt enim se tueri exceptione doli arg. §. 30. *Inst. de rer. div.* Quod si autem fortè per errorem heredes restituisent feudum, omisso jure retentionis, eo casu ipsis competit etiam condictio certi, quasi plus debito dederint. *l. 40. §. 1. in fin. ff. de condict. indeb. Afflict. in §. si vasallus. 2. F. 28.* Quin etiam officio judicis impensas servari posse probat. *l. 48 ff. de Rei vindic.* Quod si tamen dominus vasallo offert satisfactionem, quod ipsi & heredibus satisfactorius sit pro melioratione, aliud est. *Negusant. de pign. membr. 4. p. 1. princ. n. 10. vers. tertia conclusio est. Hartm. Pistor. d. g. 42. n. 33.* Et cum meliorationes in facto posita sint, nunquam præsumuntur, sed debent probari ab eo, qui ut à se factas, easdem repetit *Rot. à Valle conf. 28 n. 30. & seq. vol. 1. Mascard. de probar. concl. 40 n. 4. & 5. Stephani in æconom. jur. feud. c. 9.* An autem hæc meliorationes sceminis quoq; relinquì possint? quæritur: Quod cum *Rot. à Vall. d. l. n. 29 & Borch. c. 7. n. 73.* affirmamus. Et hæc quæ hæcenus dicta sunt de jure feudali communi obtinent. De jure verò Saxonico omnis melioratio in feudo facta penes feudum, sive illud aperiatur domino, sive agnatis vasalli, non obstante, quod vasalli bona allodialia ad ceteros ejus heredes perveniant remanet, ut apparet ex *artic. 21. lib. 2. Landr. §. wird es aber frey.*
& pau-

207.
& paulò post, *Leibet auch ein Zerr* / cum his etiam concordat *Lehur. c. 6. & Weichbild art. 93. in Glos. ibi, hat auch ein Mann.* Item *Const. Elect. Augusti part. 3. Const. 31. Moller, ibid. & hoc ipsum habetur in differentiis Jur. com. & Sax. Fachs. diff. 36. Reinb. diff. 23. part. 3. Zobel. diff. 29. part. 3. Matth. Coler. decis. 73. part. 1. Harm. Pistor 9. 24. lib. 1. Fr. Pfeil conf. 85. Gebewde so der jüngste cent. 1. Consult. Saxon. part. 1. 9. 3. n. 33. tom. 1. & part. 2. 9. 38. tom. 2.* Proinde de hoc jure nulla de melioratione valet dispositio.

(c) Qui sunt vel percepti vel adhuc percipiendi. De perceptis, sive sint ex feudo hereditario, sive ex pacto & providentiâ vasallus testari potest. Percipiendi verò, vel ex feudo hereditario, vel ex feudo ex pacto & providentiâ proveniunt. Qui ex feudo hereditario & ex pacto & providentiâ novo descendunt, de iis quoq; vasallus in ultimâ voluntate disponere, & heredem condemnare potest, ut certam fructuum quantitatem legatario restituat, *arg. c. unic. 2. F. 45.* Cum enim de feudo ipso, ut supra probatû est, testari possit, multò magis de fructibus tanquam accessoriis poterit. Praesertim cum non dicatur alienatio rei, ubi alienantur fructus separati ab illâ re, neq; hoc ipsum fiat in præjudiciû domini & agnatorum *l. 9. § 1. ff. de donat. Schneidv. p. 6. n. 11. Curt. p. 4. n. 106. in fin. Schönér. diss. feud. 6. thes. 30. lit. b.* Sed non immeritò hîc quaeritur. An etiam vasallus de fructibus percipiendis, vel stantibus & pendentibus ex feudo ex pacto & providentiâ antiquo testari possit? De his ipsis fructibus aliud in jure communi, aliud in jure Saxonico statutum reperitur. De jure enim communi, si vasallus decedat, sine herede masculino & contingat feudum ad dominum reverti, tunc distinguitur, ut si ante Martiû decedat, omnes fructus illius anni ex feudo provenientes ad dominum pertineant, ergò in hoc casu testari nequit; Si verò post Calêdas Martiû usq; ad Augustû, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes vasalli spectant, & in hoc casu vasallum testari posse existimamus. Si verò post Augustum moritur, tunc omnes fructus anni percipit dominus. *c. unic. §. his consequentor.*

quenter. 2. F. 28. c. unic. 2. F. 45. c. unic. 2. F. 86. Matth. Coler. de
cis. 252. n. 7. part. 2. Köppen decis. 30. n. 40. De jure verò Sa-
xonico, non distinguitur quo anni tempore vasallus mori-
atur. Landr. lib. 2. artic. 58. Lehn. c. 6. const. Elect. Aug. 32.
part. 3. Nam quicquid seminatum & rastratum est vivente
vasallo, id tanquam labore & industriâ illius quæsitum he-
redibus ejus manet, nec ad succesores feudi pertinet. Qui
verò non ex agris proveniunt, sed singulis annis statis tem-
poribus ex feudis præstantur, ut sunt decimæ, & hujusmodi
similes annuæ pensiones seu præstationes, tunc ad heredes
devolvuntur, si dies solutionis vivente adhuc vasallo vene-
nerit, vel si intra trigessimum diem peti potuerint, quod si
neutrum horum factum sit, pro ratâ temporis illius anni,
quo vasallus decessit, redditus, census & ejusmodi similia
heredibus ipsius debentur Const. 16. part. 3. Moller ad Const.
Elect. Aug. 32. part. 3. Proinde etiam de hisce fructibus valet
vasalli testamentaria dispositio. De fructibus autem natu-
ralibus, ut sunt fœnum, pyra, poma & similes testari nequit,
quia ad succesores feudi pertinent d. const. 32. part. 3.

(d) Non enim habet amplius feudi naturam c. unic. §. ff
vasallus de beneficio. 2. F. 26. Wesenb. c. 7. n. 9. Const. Elect. Aug.
30. part. 3. Hinc non valet conventio seu pactum, quod fra-
tres feuda dividentes, adjicere solent divisioni; ut pecunia,
quam unus vel alter frater ex feudo percepit, fratre isto sine
heredibus mortuo, in feudum recidat, & feudum sit, etiam si
juramento sit confirmata ista pactio, Proinde frante tali
pacto unusquisq; nihilominus potest testari; Nisi ejusmodi
conventiones consuetudine provinciarum receptæ sint,
aut inter fratres & agnatos conventum sit, ut pecunia ex
feudo redacta convertatur in emptionem feudi. Hæ enim
conventiones valent Const. Elect. 30. part. 2. Schurff. cons. 22.
cent. 2. Cothman. respons. 8. & respons. 29. Borcb. de feud.
c. 6. n. 14. Joban. Köppen. decis. 18. Vult. lib. 1. c. 5. n. 10.
Arum. disp. feud. 4. thes. 5. Nec infringit nostram sen-
tentiam, quòd de feudo regulariter nemo possit testari
consequenter ergò nec de hac ipsâ pecuniâ, quia furro-
gatum

gatum sapit naturam ejus, cui surrogatum est l. 32. ff. de jur. doc. l. 28. §. 2. in fin ff. de judic. §. 29. Inst. de act. Hoc enim saltem valet datâ paritatis utriusq; & surrogati, & ejus cui surrogatur, ratione, quod hoc loco secus est, quia ex feudo, quod consistit in re immobili, comparatur pecunia, quæ absq; omni dubio nobilis Schönér. lib. 1. disp. feud. 6. ib 31. Gothofr. in not. ad l. 48. §. fin ff. de furt. ubi lit. s. Everhard. in Top. loc. à vi subrogationis.

THE S I S XIV.

Positâ successione Testamentariâ, sequuntur ergò necessario ejusdem effectus, ut Petitio hereditatis (a) Petitio missionis in possessionem bonorum feudaliū (b) Actio ex Interdicto quod legatorum (c). Actio hypothecaria (d) fideicommissaria restitutio (e) & familiæ erciscundæ actio (f) &c.

(a) Ubiq; enim locum habet successio testamentaria, ibi etiam locum habet petitio hereditatis, Et competit ei ut heredi ex testamento, & datur ejusdem heredi, Adversus eum, qui vel pro herede, vel pro possessore possidet totam hereditatem, vel rem hereditariam licet minimam l. 9. §. l. 10 ff. de pet. hered. Item contra eum qui dolo desit possidere, ut se actione eximeret l. 13. §. 14. ff. codē sit. Et in heredes possessoris, quia & ipsi possident d. l. 13. §. 11. ff. d. tit. Est autem rei persecutoria, ad restituendas res in testamento relictas: universalis l. 1. in pr. ff. de rei vindic. sat. bonæ fidei § 28. Inst. de act. Perpetua l. 7. C. de petit. hered. Schr. part. 7. c. 5. n. 44. Harim. Pistot. l. 2. q. 1. n. 62. & 63. quest. 14. n. 37. & 38.

(b) l. fin. C. de edict. D. Hadrian. toll. Et competit iis qui de domi-



dominio contendunt, ut sciatur, quis eorum pendente lite in possessione esse debeat. Ideoq; is, qui competenti iudici testamentum ostenderit non cancellatum, neq; abolitum, neq; ex quacunq; suæ formæ parte vitiatum, sed quod in primâ figurâ sine omni vituperatione appareat, & depositionibus testium legitimi numeri vallatum sit, mittitur in possessionem donec lis terminetur & præfertur omnibus, qui testamentum impugnant, quamvis falsum vel inofficiosum, seu alio vitio illud laborare asserant. *Haersolt in adversar. part. 5. act. 1.*

(c) Quam actionem Prætor introduxit cui æquissimum visum est, annumquemq; non sibi ipsi jus dicere occupatis legatis, sed hoc ab herede petere in *l. 1. ff. quod legatorum*. Estq; adipiscendæ possessionis. Et conceditur heredi veluti capiti ultimæ voluntatis: adversus occupantem & possidentem rem pro legato, sine voluntate vel rati habitatione heredis vel bonorum possessoris. Persequitur autem hæc actione rem, ita ut legatarius restituere teneatur: Quod si non faciat, condemnetur in id quod interest *l. 2. §. 2. ff. quod legator*. Fructus quoq; in hæc actionem veniunt à die litis contestatæ percepti *l. 3. ff. de Interd. Oldend. Class. 2. act. 2.*

(d) §. 2. *Inst. de legat. l. 1. C. commun de legat. Gothofr. Anton. disp. feud. 13. thes. 1. lit. b. Schneidew. ad d. §. Inst. de leg.*

(e) Competit verò ei cui aliquid relictum est in testamento per fidei commissum, adversus eum, qui fidei commissum jussu testatoris restituere debet. Conceditur etiam heredibus fideicommissarii. Et in heredem, qui gravatus est aliquid dare vel restituere. Rei persecutoria est, quia regulariter fideicommissum relictum complectitur. *§. 2. Inst. de legat.* Interdum tamen & poenæ persecutionem habet, ut in casu, §. 19. *Inst. de act.*

(f) Quæ datur coheredi volenti à communione discedere, sive possideat, sive non possideat hereditatem modò non negetur ipsum coheredem esse. Datur adversus coheredes, quocunq; jure succedentes. *l. 2. in pr. §. 1. ff. famul. erisc.*

204.
excise. Quasi ex contractu, & mixta est hæc actio, tam in rem, quæ dividi debet; quam in personam cui plerumq; aliquid adjudicatur §. 20. *Inst. de act. §. 3. Inst. de obl. que qd ex contr. nasc.* Deinde etiam duplex censetur hæc actio: quia controvertentes sunt invicem actores & rei: cum par sit causa omnium *L. 10. ff. fin. reg. l. 2. §. 3. l. 44. §. 4. ff. fam. excise.* Et ideo singuli jurare debet de calumniâ *d. l. 44. §. 4. ff. fam. excise.* Verum quatenus ad ordinem cognoscendi servandum attinet: utiq; is censetur actor, qui prius ad iudicium provocavit *l. 13. ff. de judic. l. 2. §. 1. ff. Commun. divid.* Datur etiam heredibus coheredis. Non tamen agunt singuli: sed aut omnes simul experiri debent; aut unum procuratorem dare, qui omnium nomine agat, datur quoq; in heredes coheredis *l. 48. ff. d. tit.*

T H E S I S X V.

Jus quoq; accrescendi (a) & jus transmissionis hîc locum habent (b).

(a) Nullam enim videmus rationem cur hîc à regulis Juris Civilis recedere debeamus. Est autem jus accrescendi secundum *Cujac. in parat. ff. de usuf. accresc. & in tr. 5. ad Afric. p. 86.* jus nanciscendæ vel retinendæ partis eius, qui non concurrit, vel qui concurrere desit. Omnino enim in jure accrescendi considerantur partes in quibus illud exercetur. Pars enim parti accrescit. Jus autem retinendæ partis ejus, qui non concurrit, tam in dominio, quam in usufructu locum habet; Jus verò nanciscendæ ejus partis, qui concurrere desit in usufructu tantum proprie locum habet *Cujac. d. tr. 5. ad Africam.* Concurrere autem ii dicuntur, qui ad eandem in solidum vocati, simul ad eam veniunt, & singuli suam partem ferant *l. 7. C. de legat. l. 15. §. 18. ff. de damn. infecto.* Ex propria descriptione constat etiâ de divisione. Jus enim accrescendi in specie sic dictum & in jus non decrescendi *Cujac. in l. 2. de usuf. accrescend. Bolognet. in l. re conjuncti m. 28. & 56. de legat. 3. Petr. Gregor. lib. 46. Syntagm. c. 2 n. 2.*

licet

licet Jureconfulti juris accrescendi nomine etiam jus non decrescendi venire voluerint *l. 26. §. fin. ff. cond. & demonstr.* Propriè tamen loquendo aliud est accrescere, & aliud est, non decrescere pro ut expressè distinxit Imperator noster Justinianus in *l. unic. §. 11. C. de caduc. toll. Coras. in l. testamento n. 1. C. de Impub. & al. subst.* Jus itaque accrescendi in specie est jus nanciscendæ partis ejus qui concurrere desit. Jus non decrescendi est jus retinendæ partis ejus qui non concurrit *l. unic. d. §. 11. C. de cad. toll. in med.* Præterea jus accrescendi in specie sic dictum dividitur in Personale & Reale. Illud est cum portio personæ ut in usufructu accrescit *l. 10. ff. de usufr. accresc. l. 14. §. 1. ff. de Except. rei judic.* quæ species potissimum in testamento vasalli locum habet. Hoc est cum portio portioni, ut in proprietate adcrefcit, quæ species potissimum in testamento domini locum habet. Causa efficiens hujus juris est testatoris voluntas. Causa instrumentalis est heredum vel legatariorum plurium conjunctio: nam ex conjunctione pendet jus, accrescendi §. 8. *Inst. de leg. l. 89. ff. de legat. 3. tot. tit. C. quand. non petent. part.* Fit autem testatoris conjunctio tripliciter Verbis tantum, Retantum, Re & verbis simul *l. 142. ff. de verb. sing. (1)* Verbis tantum fit conjunctio, cum pluribus quidem res eadem, sed partibus certis unicuique assignatis, unicâ enunciatione relicta est: hoc modo: Titio & Sempronio fundum huncce feudalem æquis partibus do lego. In hac conjunctione in genere, vocantur quidem omnes ad eandem rem; sed propter rei divisionem in partes, non dicuntur re, sed verbis conjuncti. Quia igitur ab initio per concursum partes habeant, jure accrescendi non gaudent *d. l. 89. ff. de leg. 3.* ubi Iustus Paulus ait; verbis tantum conjunctos semper habere partes. Cum itaq; voluntas testatoris partes illis tribuat, non decet ut nos ipsis totum tribuamus, ne simus liberales ipsi testatore *l. 59. in fin. pr. l. 63. §. 7. ff. ad SCrum Trebell.*
Præfer-

Præsertim cum juri accrescendi non sit aliter locus, quam si res duobus in solidum legetur, & concursu dividatur. §. 8. *Et ibi Borch. Inst. de legat. l. 3. in pr. l. pen. ff. de usufr. accresc.* (2) Re tantum fit conjunctio cum pluribus eadem res seu feudum separatis enunciationibus in testamento est legatum: hoc fortè modo: Titio huncce fundum feudalem Cornelianum do lego; Sempronio huncce fundum feudalem Cornelianum do lego. Hic Titius & Sempronius sunt conjuncti Re. Idem fundus namq; illis legatur; separatis enunciationibus *d. l. 89. ff. de legat. 3. l. 3. §. 1. ff. quib. mod. usufr. amiet. l. 1. §. 3. ff. de usufr. adcrefc.* Hæc autem conjunctio passim in nostro jure vocatur disjunctio *l. unic. §. 10. C. de caduc. toll.* Quod idèd fit; quia nulla est inter eos conjunctio, nisi quod ad eandem rem vocentur. Adeoq; licet quodammodo re ipsâ conjuncti sint, tamen frequentius ratione eorum, qui & re & verbis conjuncti sunt, pro disjunctis & separatis habentur. §. 8. *Inst. de legat.* Cum ab ipso testatoris sermone apertissimè fiat discreti. *Duar. lib. 1. de jur. accresc. c. 6.* Nihilominus tamen intertales est jus accrescendi *l. 3. in fin. ff. de usufr. accresc.* ubi Jctus Celsus tradit: toties esse jus accrescendi, quoties singuli ab initio solidum habentes, concursu partes faciunt. Sed re conjuncti habent ab initio singuli solidum, uti in præcedentibus probatum est, Ergò inter re conjunctos locus erit juri accrescendi; quando alteruter concurrat, sed concurrere definit. *d. l. 89. ff. de legat. 3.* (3) Re & verbis simul fit conjunctio, quando una res & una enunciatione pluribus simul relinquitur veluti: Titius & Sempronius heredes feudales sunt *l. 31. ff. de statu liber. l. 7. ff. de usufr. accresc. l. 142. ff. de Verb. signif.* Non dicuntur verò verbis tantum conjuncti; quia nulla est partium expressio. Non etiam re tantum, quia verbis conjuncti sunt. Conjuncti ergò sunt utroq; modo & re & verbis simul, Proinde cum initio singuli solidum habeant sive

non concurrant per concursum partes faciant, habent
jus accrescendi & non decrescendi *Cujac.* 24. *Obf.* 34. &
in d. tr. ad Africanum pag. 186. Ut autem hoc ipsum vi-
res suas habere possit, necesse est ut res illa feudalis sit
dividua *l. 3. in pr. ff. de usufr. accresc. l. 19. ff. de usu & hab.*
l. 17. ff. de serv. l. 10. §. 1. ff. comm. div. l. 17. ff. de stipulat.
serv. Giphon. ad l. 4. n. 88. de Verb. oblig. Itemq; ut species
non quantitas legata sit *l. fin. §. 2. ff. de legat. 2.* Deniq; ut
quæstio sit de feudo delato ex testamento *l. 63. ff. de hered.*
Inst. l. 80 & 89. ff. de legat. 3.

(b) Jus transmissionis est, quod ad causam testati
pertinet, quo quis moriens hereditatis à se nondum ac-
quisitæ, acquirendæ jus in successorem suum transmittit
tot. tit. C. de his qui ante apert. tab. hered. transfr. Vultrej. lib. 1.
(1) *Jurispr. Rom. C. 72. in fin.* Cujus sunt tres modi. Primus
est qui sit jure sinitatis, quod jus propter patriam potestatem
dominii continuationem ad successores proximos
post mortem immediatè inducitur *§. 1. Inst. de hered. que
ab intest. defer. l. 13. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. testam.*
(2) Secundus jure sanguinis, cognatos vocat ad hereditatem
(3) *l. 2. ff. unde cognat. l. 12. ff. de manum. vindict.* Tertius
beneficio *l. 19. C. de jur. deliber.* potestatem cogitandi
utrum expediat hereditatem agnoscere, an non heredi
concedit *l. fin. C. d. tit.* Et competit tam suis quàm extra-
neis heredibus *l. 7. in pr. C. d. tit. l. ult. §. 2. Eodem.* Spa-
cium autem hujus beneficii est annuum *d. l. 19. C. de jur.*
delib. intra quod hodiè heredibus facultas ad eundem salva
manet *d. l. 19. Gomez 1 var. resolut. cap. 9. n. 6. & seq.* Proinde
hoc in eorum favorem introductum est, ne illi lucrosam
hereditatem vel amittant, vel damnosam agnoscant.
Mynsing. in §. extraneis n. 5. Inst. de hered. qual. & diff. Jacob.
Schultes ad Modest. Pistor. q. 1. 31. Notandum autem est,
quod hereditas nondum adita regulariter non trans-
mittatur *l. 7. C. de jur. delib. l. unic. §. 5. C. de caduc. toll.*
Bald. l. unic. C. qui ante apert. tab. Jason. in l. 18. C. de jur.
del. Sed hoc jus hodiè, temperatum. Undè quædam

Exec-

Exceptiones ortæ sunt; quarum usa communis est, competens omnibus heredibus, qui deliberationē meruerunt. *l. 19. C. de jur. delib.* Altera est specialis, si nempe heres ignoraverit hereditatem delatam esse, aut sciens exacto anno non aditā hereditate discesserit. Et datur vel liberis, qui parentum hereditatem ad suos liberos & ad cæteros descendentes transmittunt, & quidem sinè ullâ præscriptione temporis, etiam si sui juris ignari sint *l. unic. C. de his qui ante. apert. tab. her. transm. l. unic. §. 5. C. de Caduc. toll. vel datur Parentibus infantis heredis l. 18. in pr. §. 1. C. de jur. deliber. vel datur æquitati causæ, si nempe hereditatē adire volens impeditus sit; ut si mora injecta Scto Silan. ubi, non stricto jure sed ex bono & æquo transmittitur, datis uilibus actionibus l. 3. §. 30. l. 4. ff. ad Scto Silan.*

SEQUITUR ORDINATIO TESTAMENTARIA DE REBUS EXPEDITORIIS, THESIS XVI.

Hæ res ita describi possunt. Quod sint suppellex, quâ in expeditione degentes uti solent (a). Et pertinent ad solos agnatos masculos (b). Inter quas, uno in loco plura in altero pauciora Computari cernimus (c).

(a) *Gloß. in Lehr cap. 56. n. 8. ibi, vnd darumb nehmen die Manne. gl. in Landr. lib. 1. artic. 22. in verb. So sol die fraw zu Heergewette & in art. 27 in verb. Welch Mann vers. Heergewette aber. gloß. in Weichb. artic. 25. in pr. n. 2. ibi, vnd Heergewette ist. Moller. in Com ad Consti Elect. 23. n. 14. Kotschitz in tr. von der Nitgiff/ Leibgeding/ Morgengab. Gerade/ Mustheil/ Heergewette & c. cap. 22. n. 1. Ratio est qui illarum usus potissimum in expeditionibus bellicis est.*

(b) *Landr. lib. 1. art. 27. §. Ein iglicher Mann von*



Ritters art/stra tamen ut maior natu gladium præcipuū
 habeat. Landr lib. 1. art. 22. in fin. vers. wo Ihr zween o-
 der dre; cujus rei ratio habetur in Glos. Weichb. art. 25.
 61 in fin. ubi, **dieweil sie mehr arbeit haben** Rustici autē
 & cives nō relinquunt res Expeditorias. per text. in Ladr.
 lib. 1. art. 27. vers. **welcher Mann**: nisi consuetudo loci a-
 liud introduxerit Apostilla ad Glos. lib. 1. d. tit. Et ibid. glos.
 va sub lit. g. idem videtur sentire Reinh. lib. 2. part. 2. diff. 4.
 aliās 52. Glos. d. artic. 27. super verb. **welch Mann** versein-
 ighlicher Ackermann das beste Pferd. junct. addit.
 marg. ibid. Schultz. in Synops. Inst. tit. de hered. que ab intest.
 deser. pag. mibi 218. Quamvis autem nobilitas jure Civili
 cui libet deferatur, qui est spectata vitæ. virtutis, per eum
 qui habet jus nobiliandi. Glos. in c. 6. Novel. 17. Glos. in l.
 18. verb. erat ff. de captiv. Et postlim. revers. Proinde et à huic
 ordini adscribi possunt omnes p̄sbei si Princeps eis nobi-
 litatē conferat l. 3. s. 2. C. Ubi Senat. vel clar. gaudent; omni-
 bus privilegiis & beneficiis nobilium gl. in §. 3. verb. allis Et
 verb. post missionem. Inst. de militar. restam. Jure tamen Saxo-
 nico nemo gaudet privilegiis, nisi patre, avoq; milite ge-
 nitus sit. Secundum gl. primam Landr lib. 1. art. 27. Lehn-
 62. Et hoc est quod alibi dicit glosa, **Er sol vō seinen**
vier Ahnen von Ritterseutengebohren sein. Glos.
 in addit. marg. artic. 20 lib. 1. Landr. Coler. decis. 203 n. 17.

Nobilitas
 deferatur
 cui libet spe-
 ctata vitæ.

Que inter
 res Expedi-
 torias hodie
 recensentur.

(c) Hæc enim species aliter recensentur in Jure Saxo-
 Feudali, juxta glos. in Lehn. c. 56. n. 8; aliter in Landr. lib. 1.
 art. 22. in §. also geschrieben; aliter in jure Weichbildi artic.
 25. Sed ad dictis textibus aliquantum est rec. essum, solentq;
 hodiè subsequentes species inter res expeditorias rec. seri,
 veluti: Equus instructus ephippio & freno, optima viri ar-
 matura, gladius, vestimenta defuncti quotidiana, culcitra
 militaris (hoc est, lectus ab optimo secundus cū pulvinari
 & duobus linreaminibus) mappa, duæ patinæ, ahenū unū
 pro conquendis piscibus, mantile & climaeter, quod autē
 harū rerū nō reperitur in bonis viri defuncti illud dari ne-
 cesse nō est. d. artic. 22. lib. 1. Landr. in fin. Weichb. d. artic. 23.
 Et glos. ibidem. THE.

THESIS XVII.

De his autem rebus regulariter quoque testamentaria dispositio locum non habet, (a) sed cum nulla regula, secundum tritum illud, sit tam firma, quam non habeat suas exceptiones & limitationes (b) Ideoque de Exceptionibus hujus regulæ in sequentibus agendum erit.

(a) De Jure enim Saxonico vir de rebus expeditoriis in præjudiciu proximi agnati in testamento aut mortis causa donatione disponere nequit, cum proximiori agnato ex dispositione juris Saxonici immediate debeantur.

(b) Regula enim quæ non habet exceptiones, non est regula, sed principium. Quod autem regula nulla tam generalis & firma sit, quæ non patiatur aliquando exceptionem, sit propter diversitatem circumstantiarum, ex quâ, jus certum limitationem recipit, vel propter speciales causas, qui à regula discrepant. Nam in toto jure generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est. l. 30. ff. de R. J.

THESIS XVIII.

Valet ergo Testamentaria dispositio de rebus expeditoriis in omnibus istis locis, in quibus jus retorsionis introductum est. (a) deinde quoque valet quando defunctus in Saxonia nullum reliquerit agnatum, tunc eum heres alienigenus succedere potest. (.)

F 3

(a) Et



(a) Et locum habet aduersus eos, qui res Expedito-
rias & alias hereditates, ex locis suæ jurisdictionis aliò
transferrì non patiuntur. Habetq; in se summam æquita-
tem attestante Ulpiano nostro *l. i ff. quod quis jur. in alium
statueris ut ipse eod. ut.* Quis enim, inquit, aspernabitur, i-
dem jus sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit? Et
hæc quidem Radamanthi lex fuit, teste *Aristot. lib. 5. Ethic.
c. 5.* Quam & sacræ literæ docent, quæ vetant aliis id face-
re, quod nobis fieri nolumus, & id quod ab aliis fieri volu-
mus, id ipsum illis ut faciamus necesse est *Matth. 7. vers. 12.
Luca 6. vers. 31.* In quâ æquitate etiam fundata est Consti-
tutio nostra Electoralis 38. part. 3. In quâ dicitur; res Expe-
ditorias in hoc casu ad eos transferrì, quibus ex testamento
debentur, modò in eadem civitate nulli proximiores agnati
super sint, quibus ex dispositione juris Saxonici immèdiatè
debeatur. *Moller. in comment supra d. Const. 38. n. 7. & seq.*

(b) Ex hac ratione quia agnati & alii heredes in Saxo-
niâ succedunt in Marchiâ etiam in rebus expeditoriis. Æ-
quitas ergò svadet, ut & vicissim, alienigeni heredes in
Saxoniâ integrâ hereditate, sine distractione rerum expe-
ditoriarum potiantur, juxta titulum, *quod quisq; juris & c.
& Const. Elect. 38 part. 3.* (2) Textus est expressus in *d.
Const. Elect. §. dieweil sich aber. §. jedoch nicht der ge-
stalt.* ubi expressè disponitur hereditates legitimas, res ex-
peditorias & similes, in quibus magistratui, contra ulterius
loci magistratum, re torsionis vel talionis jure uti non li-
cet, non cedere magistratui, sed iis, quibus aliàs ex ultimâ
defuncti dispositione debentur. *Rauchbar part post. q. 19.*
“Nihilominus autem magistratibus saluum relinquimus il-
“ lud genus census vel tributi, quod vulgò Quindenam, den
abzug/ item, die Nachsteuer appellant, si hoc detractionis
jus illis competat, eoq; ante invicem usi fuerint *d. Const. E-
lect. De hoc jure quædam congregavit Johan Köppen decis. 5.
& 6. Joach. Scheplitz ad Consuetud. Marchic. part. 3. tit. 8. per
eot. qui videri possunt,*

THESIS

THESIS XIX.

Porro quoq; valet hæc ipsa dispositio, si Clericus, (a) Plebejus (b) & Rusticus (c). de hisce rebus testatus fuerit.

(a) Clerici enim seu Sacerdotes quicquid relinquunt id omne hereditarium est *artic. 5. & ibi Glos. sub lit. L. Landr. lib. 1.* Proinde de rebus expeditoriis, uti aliàs vocantur, optimè possunt testari. Non tamen ex alterius testamento has ipsas res capere. Sunt enim harum rerum incapaces. *Gl. in d. artic. 5. sub lit. l.* Atq; ita responderunt Scabini Lipsenses, teste Goldbeckio *in tr. de jur. Ger. pag. mihi 165.*

(b) *d. artic. 27. vers. welcher Mann*: proinde hæc ipsæ res rebus hereditariis annumerantur, nisi moriatur in miles, tum enim eas accipit Dominus, ubicunq; in suo territorio reperiatur, *Roschütz in d. tr. c. 23. n. 13.*

(c) *per d. artic. 27. in fin. lib. 1. Landr.* Et hæc de causâ etiam hæ ipsæ res pro allodialibus habentur, de quibus unumquemq; testari posse nullum est dubium, cum unusquisq; rei suæ sit moderator & arbiter *l. 21. C. mandati.*

THESIS XX.

Uti & tunc quando consuetudo vel statutum de rebus expeditoriis testari permittat (a) vel si agnatus, cui debentur, in tale testamentum consentiat (b) vel si testator eum instituat, qui aliàs ab intestato successurus fuisset (c) vel si de pecuniâ ex venditione rerum expeditoriarum redactâ testatus (d) aut si jus pignoris



gnoris in rebus expeditoriis adeptus fuerit. (c)

(a) Est enim optima legum interpret l. 37. ff. de leg. totius usque juris Saxonici auctrix & fundatrix & Jus Saxonicum potius consuetudinarium quam scriptum jus est, unde in tantum etiam valet, in quantum usu & interpretatione receptum & confirmatum est. *Pistor. lib. 1. q. 16. n. 11.* ubi dicit, quod multa apud majores nostros usu sunt approbata, quae verbis juris Saxonici convenient minimè, & complura è contrario à jure Saxónico expressè constituta, quae usu admissa haud reperiuntur. Merito igitur consuetudini nostrae reverentia tanquam matri debetur, *Bald. cons. 318. circa fin. lib. 2.* & ideo hanc Saxónico juri iterum derogare posse statuendum erit. Non enim ipsa consuetudo talem sibi legem imponere potest, à qua non iterum recedere etiam liceat *arg. l. 22. in pr. de legat. 3. & l. 51. ff. de recept. arbitr.*

(b) Quilibet enim tantum de jure suo remittere potest, quantum sibi competere novit *l. pen. C. de pact.* Ad quem consensum referenda etiam est ratificatio, si nempe is qui succedit vivente adhuc testatore, vel eo mortuo testamentum ratum habuerit, Talis enim ratificatio trahitur retrò & mandato æquiparatur *l. fin. C. ad SCtum Ma. ced.*

(c) Hoc tamen non tam vi testamenti sive testatoris voluntate, quam ex juris Saxonici dispositione quae sola hoc successione jus metitur, procedit. Interea tamen ei, qui ita est institutus, quosdam tribuit effectus, veluti petitionem missionis in possessionem rerum expeditoriarum ex *l. fin. C. de Edict. D. Hadrian. toll.*

(d) Quia pretium non est res expeditoria, *Coler. decis. 203. n. 19.* Per consequens ergò de eo optimè utriusque restari poterit.

(e) Quod enim semel legitimo modo in alium translatus

latum est, illud ipsum etiam liberè in heredes transferrì potest l. 17. ff. quod met. caus. Non autem loquimur hoc loco de rebus expeditoris ipsis, sed de obligatione pignoris in rebus expeditoris constitutà, quæ rebus allodialibus annumeranda est; quia hæc obligatio induit naturam principalis debiti, quod sine dubio allodialibus annumeratur.

THESIS XXI.

His ita præmissis quæritur: an res Expeditoriæ veniant in collationem?
(a) & an computentur in legitimam filio debitam (b).

(a) Quamvis hodiè collatio, inter heredes tam ex testamento, quàm ab intestato fiat *Auth. ex testamento l. 9. § 17. C. de Collat. c. 6. Novel. 18.* nihilominus tamen putamus res expeditorias non venire in collationem, quia proximus agnatus illas tanquam præcipuas occupat. *Coler. decis. 62. n. 38.*

(b) Quod putamus. Quicquid enim à patre ejusq; *Cass. 3. c. ii. d. 9.* bonis proficiscitur, illud imputatur in legitimam l. 29. in fin. *Berol. 3. c. 17. n. 23.* l. 30. §. 2. l. 36. pr. *C. de inoff. testam.* hæc autem plerunq; à patre acquiriæ sunt. Et tantum etiam de hac successione.

SEQVITUR DENIQUE DISPOSITIO TESTAMENTARIA DE GERADA

THESIS XXII.

Ideò autem materias hæc conjungimus, quia cognationem quandam inter se habent Hinc argumentum ab expeditoriis ad geradam & contra in jure Saxonico est admodum frequens & probabile, quo utitur

G tur

tur *Gl. in artic. 19. Landr. lib. 1. sub lit. c. Glos. in artic. 5. Landr. lib. 1. sub lit. L. Moller. lib. 2. semestr. cap. 5.* Dicuntur autem bona Geradæ alicubi suppellex (a) bona utensilia (b) Arredium (c) iocalia (d) & corredum (e). Et derivatur à Germanico verbo *Gerade* (f) vel ab *Arredio* (g).

(a) *Gl. Weichb. artic. 23. in pr. Coley. de Process. Execut. p. 1. c. 3. n. 265. & seq. Schürer de success. ab intest. c. 4. von vnterscheid der güter. Goldb. in tr. de jur. gen. d. in proam.*

(b) *art. 5. & 24. Landr. lib. 1. & alibi passim.*

(c) *Gl. latin. art. 24. tit. d. Landr. Casan. in consuet. Burgund. R. 4. §. 24. n. 8.*

(d) *Gold. d. 17. n. 6.*

(e) *Consuet. Neap. in §. si mulier. & ibi Gl. ordin. n. 10. cum seq. de jur. dor.*

(f) Quod æqualitatem vel æquabilitatem significat. Data enim est mulieribus in compensationem feudorum, & rerum expeditoriarum à quibus sunt exclusæ *Gl. Latin. in lit. L. art. 5. & Gl. Germ. artic. 24. Landr. lib. 1.* A quibusdam etiam quasi *Gerethe* dicitur *Kling. l. ff. de hered. que ab intest. tit. de success. secundum jus Saxon. n. 2. Gl. in pr. Weichb. 17. art. 13.*

(g) *Glos. in art. 24. Landr. lib. 1.* Arredium autem comprehenditur pannos lineos præter dotem à muliere ad virum illatos, eo fine, ut usus communibus deserviant *Goldb. d. c. 1. n. 30.*

THESIS XXIII.

Ejus variæ traduntur definitiones, sed cum omnes vel latiores vel angustiores sint suo definito, relictis iis *Modestini Pistorii quæst. 21. cū Goldbeckio retine-*
mus,



210.

mus, paucis duntaxat verbis immutatis.
Definiemus itaq; Geradam; quod sit u-
niversitas quædam (a) certorum corpo-
rum mobilium, (b) vel femoventium (c)
quæ ex speciali juris Saxonici dispositi-
one (d) ad mulieres earumq; cognatas
(e) & clericos (f) pertinet.

(a) Suo enim ambitu multa universaliter continet,
veluti: omnem ornatum, vestitum, & supellectilem mulie-
brem, nec non alia quàm plurima. Quæ autem ejusmodi
sunt, in jure nostro universitas dicuntur, quemadmodum
ea quæ multa quidem capitula non tamen jus universum
comprehendunt generalia, & quæ res saltem particulares
respiciunt particularia vel singularia vocantur *Marant. in
tr. judic. p. 4. dist. 4. in pr. Goldb. d. tr. c. 1. n. 12.*

(b) Gerada enim consistit solummodo in rebus mo-
bilibus *Gl. Lat. ad text. latin. in verb. maritus & uxor. art. 31.
Landr. lib. 1. artic. 23. Weichb. & artic. 24. Landr. lib. 1.*

(c) quod ideo additur, quia certa animantium genera,
quæ moventium nomine propriè continentur, sub geradâ
comprehenduntur, veluti, oves, anseres, & anates. l. 1. ff. de
adilit. edict. l. 15 §. 2. ff. de re judic. Artic. 24 *Landr. lib. 1.*

(d) *Landr. lib. 1. artic. 20. vers. Also behelt auch jhr
Nisstell jhre Gerade. Coler. decis. 12 n. 57.*

(e) In quibus verbis differentia specifica continetur,
cum ab expeditoriis, morgengabâ, cibariis domesticis &
aliis, cum quibus Gerada cognationem quandam habere
videtur distinguatur. *artic. 15. Landr. lib. 3. Expeditoria e-
nim res, ut supra satis ostensum est, ad solos masculos ex
lineâ masculinâ descendentes perpetuò pertinent. d. art. 15.
Landr. lib. 1. Morgengaba verò, licet ab initio mulieribus
tamum conveniat Landr. lib. 1. art. 24. tamè ubi semel ad*

mulierem pervenit, non perpetuò ad sexũ fœmineũ pertinet, sed mortuã muliere ad ejus heredes tam masculos quàm fœminas transit. *Landr. artic. 38. & ibi Gl. lib. 3. & Gl. in art. 21. Landr. lib. 2.* Quod secus in geradã quæ perpetuò apud mulieres earumq; cognatas permanet. *art. 15 Landr. lib. 3.* Cibaria autem domestica non ad mulierem tantum sed pro parte dimidiã ad mulierẽ, pro alterã verò dimidiã ad heredes mariti pertinet. *artic. 21. Landr. lib. 1. & art. 24. Weichb.* quæ autem species tam ad morgengabam quàm cibaria domestica pertineant, videri possunt apud *Rot. schizen in tr. von Wittgiff/Leibgeding/Morgengab/Mustheil &c. artic. 16. & seq.*

(f) Qui unã cum sororibus in matris defunctæ Geradã succedunt. *Landr. lib. 1. art. 5. Weichb. art. 57.* Et ita quotidie pronũciatur teste sententiã *Scab. Lips. post Landr. sub tit. von successiõ auff Erbgüter. fol. 35. col. 2. s. also auch.* Et hoc ipsum ampliatur, ut procedat sive clericus sit solus, sive etiam cum sororum filiabus concurrat. *d. art. 57. Gl. in art. 23. col. 16. Weichb.* Rationem addit *Gl. d. art. 5. Landr. lib. 1. & Weichb. art. 57.* dicens hoc fieri ob eorũ preces, quibus omnis mundus fruitur. Idq; procedit etiam hodiè in Sacerdotibus Evangelicis nostri temporis. *Resol. Scab. Lips. quest. 119. Matt. Berlich. decis. 48. u. 6.* ubi refert, Scabinos Lipsenses ad requisitionem cujusdam Pastoris ita respondisse. Nec infringit nostram sententiã quod Sacerdotes Evangelici non inungantur, nec radantur, ut sub Pontificatu sit. Etenim eorum loco impositio manuum presbyteri usurpatur exemplo primitivæ ecclesiæ, cui inunctio & rasura capitis quoq; erat incognita, ut pater ex Epistola divi Pauli ad Timoth. c. 4. vers. 14. ubi inquit: Noli negligere gratiam, quæ est in re, quæ data est tibi per prophetiam cū impositione manuum Presbyterorum Goldb. *Fallit (1) in d. tr. pag. mibi 115.* Fallit tamen hoc, in Clerico beneficiato seu præbendato, ut loquuntur per text. in d. art. 5. S. die ynberathene Tõchter. *Kling in spec. Saxon. tit. von denen / so Erb vnd Gerade zugleich nehmen. Sentent.*

Sentent. post Landr. tit. von successiō auff Erbe. si nempe cum sorore concurrat. Soror enim matris Geradam cum fratre Clerico beneficiato dividere non tenetur. Secus vero est si nulla extet soror, tunc n. Clericus in Geradā succedit, etiamsi beneficium habeat. d. artic. 5. Et ibi Glos. Weichb. art. 57. in fin: Deinde etiam hoc ipsum fallit in Clerico conjugato Gl. in d. art. 5. sub lit. M. Et Gl. Weichb. in d. art. 57. col. 6. & in eo qui sponsalia contraxit sentent. post Landr. tit. von successiō auff Erbgut. Cingendus enim habetur pro cincto, & quod de proximo futurum est pro jam facto habetur l. pen. ff. de testam. militar. ibidem, Bart. & Bald. Idq; adeo procedit, ut etiamsi post acceptam Geradam matrimonium contrahat eam sorori restituere teneatur Gl. in d. art. 5. Et Weichb. d. artic. 57. d. sentent. post Landr. tit. von successiō auff Erbgut. Schürer de success. ab intestat. tit. 9. Quod tamen in Sacerdotibus Evangelicis nostri temporis locum non habet, quia iis conjugii permissum est, quapropter etiam ob id Gerada incapaces non redduntur & ita Scabini Lipsenses, attestante Goldb. d. l. pronunciaffe inveniunt.

THE S I S XXIV.

Expositâ definitione Geradæ sequens est, ut insigniores ejusdem divisiones tradamus. Est autem secundum Goldb. d. tr. c. 2. prima divisio. Quod alia Gerada sit uxoriū, (a) alia cognatarum (b). Secundò, alia est Nobilium (c) alia ignobilium sive plebejarū (d). Tertio deniq; Gerada alia est secundum jus provinciale sive Landrecht (e) alia est secundum jus municipale sive Weichbildrecht (f) alia secundum jus Feudale sive



Lehnrecht (g) aliã deniq; secundum unius-
cujusq; loci statuta & consuetudines (h)

(a) *Gl. lat. art. 38. Landr. lib. 1. § art. 24. lit. d. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 32.* Est verò gerada uxorum, quæ ipsis post mortem maritorum debetur, sub quã omnes species aliãs ad geradam pertinentes comprehenduntur.

(b) Gerada cognatarum verò est, quæ non continet, omnes species ex dispositione juris Saxonici, sed ipsi aliquæ desunt, *Gl. in art. 38. Landr. Hartm. Pistor. d. l. Coler de process. Executiv p. 1. c. 3. n. 256. & seq.* In quibus autem speciebus Gerada uxorum à geradã cognatarum discernatur, *DD. nō conveniunt.* Quidam enim existimant illas res connumerari debere, quas uxor ad maritum intulit, vel ei constante matrimonio ex successione acquisivit. Verior tamẽ & receptor est sententia statuentiũ, Res videlicet omnes, quæ alioqui ad uxorem pertinent, & cognatæ deberi solis ovibus exceptis. Siquidẽ in jure nostro Saxonico indistincte traditur bona Geradæ non solum defuncto marito ad uxorem, sed etiam mortuã uxore ad proximam ipsius cognatam pertinere *artic. 20. Landr. lib. 1. Weichb. artic. 23. Hartm. Pistor. d. quæst. Coler d. l. n. 257.* Et ita in provinciis Saxoniciis judicatur. *Goldb. d. tr.* Nec obstat nostræ sententiæ, quod secundum *Gl. Lehn. c. 56. & Gl. art. 20. Landr. lib. 1.* etiam proximæ cognatæ quædam oves tribuantur. Nam hoc solum verum est de iis ovibus, quæ vitã functæ uxoris propriæ fuerunt, cum ex adverso uxori vitã functo marito sine discrimine omnes oves ubicunq; illæ, sive in ovilibus sive in prædiis mariti existentes vel elocatae reperiuntur, adjudicentur *d. Gl. Lehn. c. 56. & Gl. in d. artic. 20. Landr. lib. 1.* ubi inquit: Ita apud Lipsenses in prædicã observari; licet Magdeburgenses indistincte omnes oves, etiam quæ mariti sunt, cognatis addicant. *Hartm. Pistor. d. l.* ubi refert, hanc etiam consuetudinem apud Lipsenses usitatam esse.

(c) No-

217.
(c) Nobiles enim præter geradam, quæ cum plebeis communem habent, oves, anseres & anates accipiunt, secundum quam sententiam in Saxonia diu judicatum est. Quæ tamen practica mera consuetudine & nulla certâ ratione Juris Saxonici nititur.

(d) Cujus species videri possunt apud *Goldb. c. 2. n. 23.*

(e) *Gloss. in artic. 24. Landr. lib. 1. sub lit. g. Gl. Lehnr. c. 56.*

(f) Ubi eniã jus municipale viget, uxori etiã, præter species in jure provinciali enumeratas, debetur vas potorium veluti cantharus, mensa, sella & sedile si plura præsto sunt quam unum *Gl. in d. artic. 24. Landr. lib. 1. sub lit. g. Weichb. art. 23.*

(g) Quam differentiam addit *Rosshütz artic. 12. d. 11.* Quia verò hæc species, attestante *Goldb. d. tr. c. 2. n. 26.* recepta non est, eam consultò præterimus.

(b) Cujuslibet enim loci peculiaria statuta jus comune & generalem consuetudinẽ provinciæ tollere solent. §. 9. *Inst. d. I. N. G. & C. l. 3. C. de adific. privat. l. 1. C. de emancipat. liber. Barr. & Dd. in l. 9. ff. de just. & jur. Hartm. Pist. d. l. n. 6. Möller. ad Const. Elect. part. 3. const. 38 Coler. decis. 60. n. 53.* In terminis tamen tantummodo in quibus loquuntur observanda sunt. Statuti enim verba strictè sunt intelligenda, nec extra casum suũ dilaranda *l. 1. §. 20. ff. de Exercit. aff. l. 21. ff. de testam. mil. l. 24. ff. ad municip.* Cum casus omisus remaneat sub dispositione juris communis *l. 22. in pr. ff. solut. matr. l. 6. ff. de condit. caus. dar.* Hinc videmus in quibusdam civitatibus hujus provinciæ, ut Lipsiæ, Halæ, & alibi peculiaria statuta & consuetudines circa geradam introductas esse, ex quibus mortuã in matrimonio uxore, superstiti cognatæ non omnis gerada, sed certæ tantum species debentur, veluti: duæ vestes mulieris defunctæ, lectus ab optimo secundus, duo pulvinaria, duo lintea cum stragulo sive lecti opertorio, quas species etiã *Niffstell* geradam appellare solent. *Hartm. Pistor. d. q. n. 6. Coler. de process. executiv. c. 3. n. 257.*

Species

Pec. en sentent. Species autem quæ de jure provinciali, municipali & jure
species que de Jur. Sa- Saxonico feudali ad geradam pertinent, sunt vel anima-
xon. ad geradam per- tæ, vel inanimatæ. Animatæ sunt oves (1) *artic. 24. & ibi Gl.*
tinent. *Landr. lib. 1. sub. lit. c. & Weichb. artic. 23. & Gl. L. hnr. c. 56.*
 Excipiuntur tamen oves, quas Lanii macello destinatas ha-
 bent *Gl. in art. 23. Weichb.* Item Verveces & hirci, qui ad
 hereditatem pertinent. *sentent. post Landr. von Leibgeding.*
 (2) Anseres & anates *art. 24. Gl. Weichb. d. art. 23. Gl.*
 (3) *Lehnr. c. 56.* Nec refert, an masculini an verò foemini
 sexus sint. *Goldb. c. 4. n. 5.* Gallinæ autem non ad geradâ
 sed hereditatem pertinent. *Gl. Weichb. art. 23. col. 11.*
sentent. post Landr. tit. von Viehe vnd Getreid zum
Erbegehörig. (3) Sues, vaccæ, vituli, equæ. quatenus
 scilicet quotidie in agris pascuntur, quatenus verò vehi-
 culis trahendis junguntur rebus hereditariis annumeran-
 tur. *Gl. Lehnr. c. 56. Goldb. d. l. n. 5.* Inanimatæ rursus sunt
 duplices aut sunt sub materiâ; aut sunt specificatæ. Sub
 materiâ comprehendimus cum *Goldb. d. l. omnes plu-*
mas Glosß Lehnr. c. 56. omne linum factum vel infectum
 (4) *art. 24. Landr. lib. 1.* quod de lino à solo separato intelli-
 gendum est. Id enim, quòd solo coheret, non ad geradam
 sed ad hereditatem pertinet *Gl. d. art. 24. Landr. art. 23.*
Weichb. Gl. in art. 56. Lehnr. omne filum rude & coctum
art. 24. Landr. art. 23. Weichb. Gl. art. 56. Lehnr. Omne
 pannum lineum, venali excepto *d. art. 56. Gl. Lehnr. &*
 omnem pannum ad vestimenta muliebria incisum *art. 24.*
Landr. art. 23. Weichb. Specificatæ vel usibus divinis in-
 (5) *Lehnr. c. 56.* serviant, vel prophætiis. Divinis veluti calices, missaticæ
 (6) & libri rituales *art. 56. Gl. Lehnr.* Prophætiis quæ in servi-
 unt, partim in suppellectile, partim in instrumêto, partim
 in vestimentis, partim in mundo, partim in ornatu consi-
 (7) stunt. In suppellectile. Arculæ, cistæ operculis affixis, se-
 dilia, lecti, cervicalia, pulvinaria, linteamina, velamina, to-
 yalia peristromata, tapetes, mappæ, mantilia, pelves, can-
 delabra, mulstralia, psalteria & omnes libri, in quibus fec-
 minis legere solent, vas potiorum puta cantharus, item
 mensa,

mensa, sella & sedile, si plura adsint, quam unum. De poculis verò aureis & argenteis datur mulieribus quantum libet. *art. 24. Landr. lib. 1. & Gl. Lehnr. c. 56.* A prædictis tamen excipiuntur lecti, pulvinaria & lintheamina, quæ in diversoriis publicis existunt, quæ non ad geradam, sed ad hereditatē pertinent. *Weichb. art. 23.* ubi dicitur; si vir fuerit caupo qui multos lectos habet, pro diversorio paratos, horum non plures sibi vindicare poterit uxor, quam antea dictum fuit. *Gl. d. art. 24. Landr. lib. 1.* Inter instrumenta numeratur omne instrumentum ad coquendam cerevisiam paratum, veluti; caldarium & ahenum, Item colli, fusi, glomi, rhombi, tela & omnia instrumenta ad muliebria artificia pertinentia, quibus textitur & materia præparatur. *d. art. 23. Weichb.* Hodie tamen nihil de hisce Instrumentis præter caldarium, quod non muro affixum, sed mercede locari solet, ad geradam pertinet, *d. c. 56. Gl. in Lehnr.* Ad vestimēta pertinent omnes vestes muliebres, sive lineæ, sive laneæ, sive sarcinatae, sive textæ. *d. artic. 24. Landr. d. art. 23. Weichb. Gl. in d. c. 56. Lehnr.* Ad ornamenta verò spectant, calanticae vel pepla & peplorum oræ, sive sint serica sive linea sive gossypina. Item omne aurum & argentum ad ornamenta muliebria textum, veluti anuli, armillæ aureæ, coronæ, frontalia, zonæ clavatae ex serico contextæ, unci, seta, spiræ & reliqua ornamenta mulieribus accommodata. Item omnia opera textilia, ornandis mulieribus facta. *d. art. 24. Landr. lib. 1. d. art. 23. Weichb. Gl. d. art. 56. Lehnr.* Excipitur tamen ab annulis, signatorius mulieris annulus, qui ad hereditatem pertinet. *Gl. lat. art. 24. Landr. lib. 1. sub lit. 1. sentent. post Landr. sub rubr. vom Leibgeding Beust. de Jur. connub. c. 71.* quia signatorius annulus ornamentum nomine non continetur. *l. 74. ff. de verb. sig.* In mundo verò muliebri sunt forcipes, specula, setæ & reliquis mundus. *artic. 24. Landr. lib. 1. & Gl. Lehnr. d. c. 59.* Quæ plura de hac ipsâ materia scire avet, ille potest adire *Goldb. d. c. 4.* ubi quasdam sententias Dicasteriorum & Collegiorum Juridicorum, inter quas etiam

H

repe-

reperitur Dominorum Wittebergenſium ſubjicit, ex quibus facile unusquisq; conſpicere poterit quasnam ex hiſce ſpeciebus, quas ex *d. Goldb.* tranſumptimus, uſus receperit. His itaq; quæ de variis ſpeciebus Geradæ allata ſunt expeditis, eò commodiùs ſubnecti ſimulq; decidi poterunt exindè emergentes & omnià huc pertinētes quaſtiones.

*Quaſtiones
huc perti-
nentes.*

- I. Quid ſtatuendum de aliâ ſuppelleſtile in diverſorio publico, veluti, mappis, mantilibus, pelvibus, candelabris &c. Num ad geradam, an verò hereditatem pertineant? Reſpondemus quod non, quia nuſpiã in Jure Saxonicò reperitur cautum, ſuppelleſtilem de quâ hic quaeritur hereditariè connumerandam eſſe. Secundò quaeritur: an pannus præcioſus ad muliebria veſtimenta quidem ineiſus, ſed nondum confutus, ad geradam pertineat. Quod affirmamus, quia *d. 24. artic.* de omni panno loquitur. *Goldb. d. l. n. 97.* Sequitur hinc alia quaſtio: An aurei ſilo intorti, gefrünnete *Saldgülden* & lineæ margaritarum in poſſeſſione uxoris repertæ ad geradam pertineant? Quod affirmamus, dummodo uxor prædictos aureos & margaritas in vitâ ſuâ geſtare ſit ſolita; alias ſecus erit. *vid. Goldb. d. l. n. 93.* Quod etiam locum habet in iſtis margaritis, quæ veſtimento non attextæ ſunt, ungeheffte *Perlen*, quæ etiam, licet uxor in ſuâ poſſeſſione habuerit, non ad geradam, ſed ad hereditatem pertinent, quia contrarium nuſquam in Jure Saxonicò reperitur cautum.

T H E S I S XXV.

Licet autè de Jure Civili ſuccedatur duobus modis ex teſtamento ſcilicet & ab inteſtato: (a) De Jure tamen Saxonicò nulla ordinatio teſtamento facta in præjudicium proximæ cognatæ valet (b).

(a) *Ut ſupra theſ. 1. lit. a.* ſatis oſtenſum eſt.

(b) *Gl. Lehnr. c. 57. Conſ. Eleſt. 14. part. 2. Author. differentiæ Jur. Civil. & Sax. lib. 2. part. 2. diff. 9. Schneidew. Inſt. de donat.*

n. 18. in pr. *Moller. lib. 1. semest. c. 11. Thoming. dec. 6. n. 6. Myning. resp. 96. n. 16.* Ea; consuetudine à multis retro annis utimur *Thoming. d. decis. n. 11 Schürer. de success. ab intestat. tit. 4. von vnterscheid der güter.* Rationem autem huius rei si quis querat, tunc de eà nondum satis cõstare testatur *Mollerus d. l. n. 1.* Nobis tamen placet illa, quæ à *Modest. Pistor. q. 14.* profertur, quod nempè gerada non deferatur jure hereditario, sed potius familiæ ratione, quia proximæ cognatæ nõ ut heredi, sed ut cognatæ defertur. Sæpe enim evenire solet, ut alius sit heres, alia verò persona in gerada succedat. Quemadmodum ergò pater de feudo ex pacto & providentiâ antiquo in præjudicium filii aut agnati nõ potest testari: ita quoq; mulier in præjudicium proximarum cognatarum disponere nequit.

THESIS XXVI.

Quæ tamen regula nonnullas recipit limitationes, quarum hæ sunt præcipuæ. Primò enim prædicta regula nõ procedit, si contrariũ consuetudine introductũ (a) vel si proximior cognata domiciliũ habeat, in illã provinciã, ex quã extraneis cognatis geradam auferre non licet, (b).

(a) Quæ cõsuetudines sive statuta, quin ibi locorũ ubi vigent, observanda sint minimè dubiũ est per *Gl. Latin. in art. 24. Landr. lib. 1. sub lit. d. Moller. ad Cõstit. Elef. 38 part. 3. n. 10. Hartm. Pistor. d. q. 32. n. 6.* Hinc videmus quod Brunsvigæ & in aliis multis civitatibus Saxonie inferioris jus Geradæ, qualiter hic locorum in usu est, prorsus non observetur cum tamen ferè mulieres in iisdem locis tanto studio, tantaq; cura occupatæ sint in acquirendis & conservandis iis, quæ Geradæ appellatione in his terris continentur. *Moller. lib. 1. semest. c. 11. n. 9.* Proinde in tali casu mulierem de Geradã in testamento disponere licitum esse clario est.

(b) Tum enim hæc utensilia alteri cognatæ vel heredi applicantur. *arg. tot. tit. C. de success. edit. Const. Elef. 38. p. 3. Dienweil sich abet.* Incapacium enim hereditates heredibus ex



testamento vel ab intestato venientibus deferuntur *Barth. in l. fin. n. 8.*
Et 11. C. de his quib. indign. Rauchb. part. post. q. 19. n. 12.

THE S I S XXVII.

Porro etiã muiler de Geradã testari potest, modò consensum proximã cognatã adhibeat (a) vel si eam instituat heredẽ, quã aliã successura fuisset (b) & si uxor marito vel aliq Geradã in testamẽto vëdat (c). Itẽ si de jure pignoris, quod in geradã habet testetur, (d).

(a) Sæpissimẽ enim in hac ipsã disputatione dictum est, quod unusquisq; possit favori pro se introducto renunciare l. 4. ff. de minor. l. 29. C. de pact. & quod volenti non fiat injuria patet ex l. 1. in fin. ff. de act. empt. & vend. l. 203. ff. de R. l. l. 34. C. de transact. Deindẽ à feudo ad geradam optimum argumentum duci potest. Licet enim de eo, ut supra satis deductum est, vasallus regulariter disponere nequeat, fallit tamen hæc regula si dominus vivente vasallo vel eo mortuo testamentum ratum habuerit. Ideoq; & hæc nostra regula fallit si proxima cognata dispositionem testatricis ratam habuerit. Quia verò hic ipse cognatarum consensus respectu interesse desideratur, propterea etiam ex intervallo sequi potest. Prætor enim etiam posteriorem voluntatem tuetur l. 1. §. 14. ff. quod legat. *Simonellus in tr. de decret. in præf. n. 53.* Præsertim cum hoc loco non sit quoddam autorizabile, sed maneat in terminis consensus simplicis, quia saltem spectat ad commodum ejus, quæ confirmat. *Wesemb. in parat. de aut. & constit. Ex prædictorũ autem fonte emanat quæstio: Quomodo iste consensus probetur? Nos existimamus eum per notorietatem, quæ per instrumentum, vel per confessionem partis, vel per evidentiam rei, vel etiam ex facto constat. Jason in c. cum dilecti. Notab. 1. de donat. & in c. cum olim 19. Notab. ult. de censibus. vel testibus ad minimum duobus probari posse.*

¶ Nisi forte femina morte improvise oppressã, neminem nisi

nisi consentientem cognatam & aliam mulierem, quibus
in momento quasi ultimam suam voluntatem aperire & ad
testificandum consensum habere possit. In iure enim mul-
ti iuvantur casus, inter quos noster quoque numerandus,
in quibus unico testi creditur *Specul. in tit. de test. §. restat.*
de num. test. König in suo Process. c. 80. Præsertim cum neces-
sitas faciat licitum, quod in legibus est prohibitum *c. 4. de*
R. Jur. c. 2. de observ. jejunior. Ideoque etiam mulier in tali
casu potest esse testis, quod multo magis obtinet si testetur,
de re aliqua ad pias causas *Clar. q. 6. n. 4.* An verò ad
tale testamentum requiratur consensus mariti & curatoris
ad litem ejus, quæ in id consentit? Nos negamus, quia nul-
libi statutum reperitur, quod autem lex non statuit nec nos
statuere debemus. Erubescimus enim sine lege loqui *c. 5.*
Nov. 18. Quod tamē secus est in donatione inter vivos, quia
in hac & mariti & curatoris donatricis consensus requiri-
tur *Goldb. de jur. Ger. pag. mibi 284. & seq.*

(b) Nec hoc ex vi testamenti, sed ex speciali Juris
Saxonici dispositione procedit. Interea tamen habet hoc
ipsum testamentum quosdam effectus, veluti, petitionem
missionis in possessionem bonorum *ex l. fin. C. de Edict. D.*
Had. toll.

(c) De iure enim possunt contractus inter vivos etiam
in ultimis voluntatibus celebrari. Nec infringit nostram
sententiam *l. 21. §. ult. ff. qui testam. fac. poss. & l. 20. ff. de Verb.*
fign. Non enim actus extraneus ibi de ejusmodi contra-
ctu intelligi debet, quam communem opinionem in scho-
lis & foro esse receptam asserit *Ferretus in hoc ipso §. Dan.*
Moller. lib. 5. semestr. c. 5. Riminald. in pr. Inst. de donat. n. 590.
Idque adeo verum est, ut valeat contractus etiam si testamen-
tum non valeret. *Castr. conf. 330. post pr. & conf. 379. & conf.*
381 lib. 1. Tiracq. in leg. comub. Atque ita etiam tam Lipsiæ quam
hic Wittebergæ pronunciatum est *Wesemb. in addit. manuse.*
ad Conf. Elect. 13. part. 2. Non obstat etiam quod Gerada per
testamentum vel aliam quamlibet ultimam voluntatem
regulariter alienari non possit. Aliud enim est alienare per

testamentum, aliud verò alienare in testamento per contractum inter vivos. Neq; talis venditio in testamèto facta, cedit in fraudem constitutionis 13. part. 2. Siquidem fraus non præsumitur nisi probetur, & nemo fraudare dicitur, qui utitur potestate sibi à jure concessa l. 24. § l. 26. ff. de damn. infecto. Goldb. d. l. n. 75. Deniq; non refert licet venditio geradæ minori pretio quàm reverà valebat facta sit, quæ aliàs nullius momenti dicitur l. 17. ff. ad SCum Velleian. b. 38. ff. de contr. empt. isti enim textus loquuntur de tali casu, ubi venditio donandi animo inter vivos facta fuerit. Ideoq; etiam hæc nostra, quæ mortis causa fit, excipitur. l. 32. §. 1. ff. de donat. inter. vir. & uxor. Bart. & Accurs. ibid. Præsertim cum donatio geradæ in testamento facta etiam subsistat *Tiraq. in ll. connub.* Et secundum hanc sententiam sæpissime pronunciatum est, *Goldb. pag. mibi 231.* Quia autem hic contractus, naturam contractus inter vivos in quibusdam retinet, ideoq; de jure Saxonico requiritur ut uxor consentum curatoris ad litem adhibeat *Moller. in comment. ad Const. Elect. 15. p. 2. n. 51. Wesenb. Consil. 11. & in Parit. ff. de fundo domini n. 7. Fachslib. 1. diff. 7.*

(d) per ea, quæ supra *thes. 12. & thes. 20.* allata sunt.

THESIS XXVIII.

Valet nostra ultimæ voluntatis dispositio de geradâ tunc quoq; quando gerada degenerat in rem hereditariâ, quod fit per transitionem ad masculos (a) per venditionem. (b) per conflationem (c) per specificationem. (d)

(a) Fœminæ enim non viri geradam relinquunt *Moller. lib. 2. semestr. c. 6. n. 2.* Proinde de eis optimè possunt testari.

(b) Quia pecunia vel pretiû loco rei non succedit, nec jure Geradæ censetur *Modest. Pistor. quest. 21. Wesenb. conf. 79. Pfeil. conf. 90. n. 7. Gl. Weichb. art. 23. Resolut. Scabin. Lips. quest. 17.* Atq; hinc est, quod si pater mortuû uxore filiabus pro geradâ solvat certam summam pecuniæ, & una de re-

lictis

licis filiabus moriatur, pars debita defunctæ de jure Saxo-
nico revertatur ad patrem non ad sorores superstites,
Gl. Land. art. 24 sub lit. q. Schürer de succes. ab intest. ar. tit. 11.

(c) Quod fit quando cathena vel armilla aurea conflatur
Masfa n. illa ad Geradam non pertinet, sed ad res here-
ditarias per text. & ibi *Gl. art. 24 Landr. lib. 1.* Nec infringit
nostram sententiam l. 49. §. 5. ff. de legat. 3. ubi dicitur: Si
uxori aurum, quod ejus causa paratum est, legatū & postea
conflatum fit, materia tamen maneat: ea ei debetur, quia
auri appellatione etiam masfa illa conflata continetur.
Nam hoc in gerada secus est, cujus appellatione aurum ru-
de vel infectum non venit. Fallit tamen, si species ista in
hunc finem conficitur, ut alia inde species ad geradam per-
tinent conficiatur, & antequam fiat mulier deceadat. Eo e-
nim casu masfa illa ad cognatam deferretur. arg. l. 17. §. fin.
l. 18. §. 1. ff. de act. empt. & vend. text. & ibi *Gl. in Landr. ars.
24. lib. 1.*

Fallit.

(d) Si nempè species alioqui ad geradam pertinens in
aliam speciem, quæ de jure Saxo-nico geradæ non inest,
transformetur, veluti si ex cathenâ aureâ vas potorium vel
escalæ fiat, quæ species non ad geradam, sed ad hereditatē
refertur. Proinde de hiscè omnibus tanquam rebus here-
ditariis unusquisq; sine omni dubio testari potest.

THESIS XXIX.

His jam annectimus quasdam huc perti-
nentes quæstiones. Et quidem Prima esto
hæc: An mulier possit repudiare hereditatē
& geradam retinere? (a) Secunda, an gerada
sororibus computetur in legitimâ? (b) Ter-
tia, an filio de hac ipsâ debeat legitima? (c)
Quarta, an de Gerada æs alienum mulieris
sit solvendum? (d) Quinta, quis oppignora-
tam redimere teneatur? (e)

(a) Quod



(a) Quod in successione legitimâ putamus: Mulier enim non ut heres jure hereditario, sed ut cognata ex peculiari juris Saxonici dispositione succedit *Hartm. Pistor. q. 31. n. 5.* In hac autem nostrâ testamentariâ successione secus esse statuimus, quia impossibile est ut aliquis pro parte testatus & intestatus decedere possit, *l. 7. ff. de R. J.*

(b) Affirmo *Gl. Latin. Landr. lib. 1. art. 31. Const. Elect. 11. part. 3. Moller. in comment. ibid.* Quicquid enim ex substantiâ parentum ad liberos pervenit legitimæ imputandum est, *l. 91. ff. ad leg. falcid. l. 30. §. 2. C. de inoff. testam. Arum. lib. 2. decis. 12. n. 6.* Sed gerada ex substantiâ sive patris filiam elocantis, eiq; vestes nuptiales, annulos, catenas aureas, aliaq; muliebria ornamenta dantis, sive matris defunctæ provenit, Ad ea quæ pro contraria opinione adferri possunt respondet eleganter *Rauchb. part. post. q. 17. n. 32. & seq.*

Falis.

(c) Et regulariter non deberi statuendum est, cum legitimam petere non possunt, qui à successione excluduntur, *l. 6. ff. de inoff. testam. l. 8. C. eodem. Chiflet. de port. c. 2. circa finem.* Si tamen mater vel pater uxoris blandimentis indutus, patrimonium suum vel totum, vel majore ejus partem in emptione gerada effuderit, tunc filius quoq; ex gerada debetur legitima, non quidem de corporibus vel rebus ipsis, sed de earum estimatione, exemplo feudi novi à patre pecuniâ comparati *Goldb. c. 6. n. 21.*

(d) Quod affirmamus, quia indubitati juris est, quod res alienum defunctæ mulieris à cognatâ in bonis utensilibus succedente in subsidium solvi debeat. *Gl. German. in art. 24 in verb. was auch dieses dinges Landr. lib. 1. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 31. n. 38. Modest. Pistor. quest. 32. Teuber lib. 2. quest. 17. n. 9. & seq.*

(e) Respondemus mulierem, ad quam gerada devolvitur debere redimere *artic. 24. & ibid. Gl. lit. o. Landr. lib. 3.* Ubi textus inquit: Was auch dieses dings also verfahr were bey des Mannes leben, das löse der ab/dem es zu Recht angehöre

Hören soll. *Hartm. Pistor. d. lib. 1. q. 3 l. n. 19.* Idq; procedit non *Ampliat.*
tantum si ipsa mulier; verum etiam si maritus, uxore con-
sentiente geradam pignori obligavit *Hartm. Pistor. d. n. 36.*
d. art. 24. Landr. lib. 1. & Gl. Weichb. art. 28. col. 12. vers. ob
ein Mann Mynsing. respons. 38. n. 17. Paria enim sunt alie-
nare & alienanti consentire *l. 165. ff. de R. J. Gold d. l. n. 7.*

THESIS XXX.

Sexta, an hermaphroditus in geradâ
succedere possit? (a) Septima an filiabus na-
turalibus (b) & iis, quæ ingressæ sunt mona-
sterium, gerada debeatur? (c) Octava, An tu-
tor geradâ pupillæ suæ dissentiente cogna-
ta possit alienare: (d) Nona, An uxor in pa-
ctis dot. libus geradæ possit renunciare? (e)
Et decima deniq; an successio geradæ sit o-
diola. (f)

(a) Et respondetur quod sic, si sexus foemininus in eo
prævaleat, cum tali casu istius sexus sit æstimandus, & ob-
id à Geradâ nõ excludendus *l. 10. ff. de stat. hom. l. 15. ff. de te-
stib. l. 6. §. ult. ff. de lib. & posth. hered.* Aliàs autem secus erit
sivè in sexu masculino magis incalcescat, sivè in utroq; æ-
qualiter sit potens, tunc enim pro masculino erit habendus,
qua de causa etiam feudorum capax esse reputatur *Schrad.*
p. 7. c. 5. n. 18. Benckendorff. in repetit. l. 2. ff. de R. J. memb. 2.
fallent. l. 2. Nec obstat text. in *artic. 4. Landr. lib. 1.* ubi dicitur:
quod ad eos, qui ampliatis membris, (quod glosa de
hermaphroditis interpretatur:) nascuntur & nanos & aliàs
imperfectos gerada non pertineat. Respondetur enim, il-
lum textum non de jure succedendi, sed de propriâ admi-
nistratione esse accipiendum, prout patet ex sequentibus
verbis: *d. art. 4.* ubi habetur, *Welche denn ihre Erben*
sein vnd ihre nechsten freunde/ die sollen sie hal-
ten in ihrer pfleg. Johan. Dauth. de testam. fol. 352. n. 308.

ubi inquit: Se meminisse casus, in quibus jus Saxonicum in hermaphroditis & nanis non fuit servatum, sed jus commune, seq; si casus accideret, ita servaturum.

(b) Et videtur quod non per *text. in artis. 15. Landr. lib. 1.* ubi dicitur, quod geradam petens plenam cognationem & sexu foeminino oriunda sit. Deinde per *text. in art. 51. Sibi Gl. Land. lib. 1.* ubi dicitur quod legitimus vel legitima illegitimo non succedat. Unde consequens esse videtur, quod pari modo illegitimus vel illegitima vicissim legitimo, legitimave succedere nequeat. Idque Magdeburgenses olim secutos fuisse constat ex eorum sententiis post Landr. *Coler. decif. 44. n. 3. Wesenb. in paratis. ad Sctum Tertull. n. 4. Reinhard. p. 2. diff. 49. Fachs. diff. 27.* Contraria tamen sententia nobis verior videtur. Cum de jure civili indubitarum sit, quod liberi naturales tantum, non secus atque ex justis nuptiis procreati matri succedere possint. § 3. *Inst. ad Sctum Orpbil. l. 2. ff. unde cogn. l. 1. §. 2. ff. Ad Sctum Tertull. Idque etiam in locis ubi jus Saxonicum viget observatur Schn. Inst. de hered. qua ab intestat. sub rubr. de succ. lib. natural. n. 20.* Ad textum autem in *d. art. 15. respondet Goldb. pag. mibi 118.* dicens verbum *vollkörnlich*, quod in eo habetur, non significare, quasi oporteat eas, quae in geradam succedere cupiunt, ex viro & legitimam ejus conjugem natas esse, quia in geradam successione nulla profus viri ratio habetur, sed solo cognatio attenditur, *artis. 27. Landr. lib. 1.* Sed quod nulla intermedia persona masculini sexus interveniente ex parte mulieris duntaxat cognatae sint. Et hunc verum & genuinum sensum esse *d. artis. 15. tradit Hartm. Pistor lib. 1. q. 33. n. 31. Ad d. art. 51. verò respondet illum textum propter ejus iniquitatem non servari, sed restringi communiter ad natos ex adulterino & damnato coitu. Et ita in his terris pronunciatur, ut est sententia post Weichb. sub tit. Vnehlische Kinder auffwem vnd wie sie ihr Erbe verfallen. Schneidew d. l. Aurbor diff. jur. Civ & Saxon. diff. 50.*

(c) Aff. Haec enim non minus ac seculares ad geradam admittuntur, ut habetur in *sensent. post Weichb. sub tit. Gerade*

218.

Gerade muß man auch in die Nonnen Klöster.
Et tit. Es kan auch die Gerade auff dem Todt bet-
te. Nec obstat *text. artic. 25. Landr. lib. 1. Quoniam ille*,
textus hodiè non est in usu, ut tradit Gl. in d. art. 25. Color.
decif. 46.

(d) Nos affirmamus, licet quidam negent, quibus ad-
stipulari non possumus, cum absq; lege loquantur, Sci-
mus enim quod Doctori, quantumvis magnæ authoritatis,
sinè textu juris loquenti nulla adhibenda sit fides. *Bal. in l.*
4. C. quib. ex caus. maj. in integr. Archidiacon. in cap. nolite timere
eos caus. 11. q. 3. Hippol. de Marsiliis. c. 136. Præsertim cum vi-
deam eos ipsos à Dn. Sigism. Finckelsthaus, Præceptore an-
tea meo aetatem colendo, obs. 68. & seq. solidissimè refutatos
esse.

(e) Quod affirmamus, Cum enim illam etiam quasi-
tam in præjudicium cognatæ integram abalienare non
prohibeatur. *Const. Elect. 14. part. 2. nulla videtur subesse*
causa, cur non multò magis nondum quæsitæ renunciare
posset, cum uno ore Dd. affirmant, juri futuro & quærendo
faciliori renunciari quàm quæsito. Moller. lib. 2. semestr. c. 2.

(f) Affirmamus. Siquidem sæpissimè remotiores ex
latere cognatæ, exclusis filio, nepote, & ex iis descendenti-
bus, quibus jure naturæ successio debetur, eam capiunt.
Hartm. Pistor. lib. 1. q. 33. n. 18. Gold. tit. de success. cogn. ascend.
n. 10. Jacob. Schultz. ad Modest. Pistor. p. 4. q. 131. n. 221. Ex-
clusio verò à successione debita odiosa est l. 1. ff. de Vulg.
& pupill. subst. Gothofr. ibid. Ideoq; etiam hæc ipsa succes-
sio non solum restringenda sed etiam nullâ interpretatio-
ne amplianda erit. *Tiraquell. de retr. in pref. n. 62.*

Et tantum est, quod pro temporis cōmoditate & ingenii
tenuitate hinc inde colligere licuit, Si his præter sp̄ aliquis
irreperit error, ut in talibus materiis gravioribus & rario-
ribus facillè accidere potest, benivolus lector, si humanus
est, non solum mihi, à quo nihil humani alienum est, igno-
scet, sed etiam me de meliori informabit. Tam enim ego
illis addictus non sum, ut si meliora & rectiora monstren-

1 2

tur,

tur, relictiis illis hæc non sibi protinus secuturus, atq; comi-
ter viam monstranti gratias acturus. Interim DEO TRIU-
MO sit laus honor, & gratiarum actio pro assistentiâ.

PENTAS COROLLARIORUM.

I. De Jure Publico in Academiis tractare & disputare
licitum est. Ideo enim Aurea Bulla, Recesus Imperii & alia
facta sunt publici juris, ut de iis unicuiq; disferere li-
ceat. *Wurmser. in Exercit. Acad. jur. Publ. Exercit. 1. q. 2.*

II. Electores, Duces & Principes Imperii nova vectiga-
lia in territoriis suis erigere nequeunt. *Reces. Imper. Ratis-
bon. de anno 1576. §. weiters sind wir & seq.* Hoc enim
est unum de summis Imperatoris nostri reservatis, quod ta-
men ipsi etiam Imperatoris Majestati dissentientibus E-
lectoribus hodie denegatum est. Quia Principes & Status
Imperii novorum vectigalium institutione toti præjudi-
cât imperio, cû hac ratione merces cariores reddât, quod
ipsum etiam exprimitur in *d. Reces. Imperii Ratisbonens. de
Anno 1576.* in quo sequentia habentur verba: *Dasz da-
durch nicht allein die gemeine gewerb/Commerciën/Victua-
lien vnd alle Handthierung zu noch höhern auffschlag/werth
vnd Zehvrung mercklich getrieben / auch leichtlich vrsachen
zur vngedult vnd schädlicher Empörung gegeben werden
möchte: sondern wil auch, dasz dergleichen nichts zur Käyser-
lichen besondern Hochheit vnd reservaten/dann so wohl zu
Käyserlicher/ als auch der Churfürsten Reputation/veracht/
schmäherung vnd abbruch/de facto, durchgebracht vnd fort-
gesetzt werde. Unde in Camerâ Imperiali, si sine consensu
Imperatoris nova instituantur vectigalia, mandata sine
clausulâ decernantur, cum mandato restituendo. *Quetta
confl. 3. Daniel. Otto de jur. publ. fol. 419. Don. Garf. Magistrill.
de Magistrat. lib. 3. c. 10. Rosenihal de feud. c. 5. conc. 44.
Myns. cent. 5. obs. 29. Clapmar. de arcen. Rerumpubl. Becht. de
securit. & salu. conduct. ibes. 7.**

III. Prin-

vij.


III. Principes, Comites vel alii superiores magistratus non possunt intervenire rationibus, quæ redduntur de proventibus & expensis alicujus civitatis. Ideoq; civitas vel alia universitas non potest cogi ut ipsius officiales de istis proventibus, redivibus atq; impensis reddant rationem in præsentia Principis, comitis vel alius superioris, vel eorum, quos ipse ad hoc deputat atq; mittit. Quoniam rationes reddendæ sunt dominio illius rei, quam quis administrat *l. 1. §. 3. ff. de tut. & rat. distr.* illiq; sunt tradendi libri rationum *Bart. ibi.* Extraneo verò aut illi qui dominus non est, non tenetur quis rationes reddere, *arg. l. 4. §. 7. ff. si serv. vindic. l. 7. ff. de act. rer. amot.* At res civitatum vel alius universitatis, quæ ad proprietatem non sunt Principis vel Comitis, vel superioris domini universale dominium, quo ad Imperium & jurisdictionem habentis, sed quo ad proprietatem sunt civitatum, vel alius universitatis. *l. 6. §. 1. ff. de rerum divis. l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. de acquir. poss. l. 1. §. 2. ff. Quod cujusq; univers. nom. Bald. in l. pen. in 6. col. C. de condit. insert. Alex. in Conf. 76. in 2. col. n. 6. & 7. vol. 2. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de rei vindic. Johan. Bertrach. in tr. de gabell. part. 1. col. 4. n. 20. vers. 6.* Præsertim cum accedat quod civitates & alie universitates generaliter habeantur loco privatorum *l. 16. ff. de V. S. l. 10. ff. ad municipal. l. 9. §. 1. ff. quod met. caus. tot. tit. C. de vendend. reb. civit. lib. 1. r. l. 1. & 2. C. de debir. civit. lib. 1. r. Johan. de Plat. in rubr. C. de jur. Republ. & habeant circa administrationem liberam potestatem. l. 21. C. mandat. Vid. Thom. Maul in tr. de Homagio, tit. 13. ubi eleganter hanc ipsam quæstionem tractat & contraria refutat.*

IV. Neutralitas Principi regulariter fugienda est. *Besold. de fed. jur. c. ult. n. 1.* Via enim hæc media neque amicis parat, neque inimicos tollit *Richter. axiom. Polit. 245.* quia Neutrales periculum, quod declinare volunt, plerumq; incurrunt. Nam belli ea natura est, ut hostem

communem iudicet eum, qui suppetias sibi non feret; proinde necesse est ut aut diurnitate belli velut granum inter duos molares, ipse quoq; atteratur, aut certe ab alterutro victore sine ullo gratiæ aut dignitatis respectu tandem opprimatur: quod exemplis historicis comprobatur *Dn. D. Besold. d. c. ult. n. 1, Wurmf. d. 1, Exercit. 8. 9. 17.*

V. Principem ipsum bello interesse non expedit. Nam si in prælio occubuerit, vel captus fuerit, subditi extremè periclitantur. *Elias Schröder in delineat. jur. bellic. concl. 2. lit. a. in explicat. circa fin.* Hoc tamen omnino consultum, si à castris princeps non sit nimis remotus, ut eius in necessitatis casu copia haberi possit, & Duces belli quid faciendum, ei notum facere queant: ac sibi in bellicis negotiis absolutam potestatem facile arrogent, eamq; deinde necessitatis velo, & quod nimis remotus fuerit princeps, obtegere possint. *Wurm. d. l. q. 2 3.*

F I N I S.



AD

AD

Dominum Respondentem.

Quo feuda jure transeant ad alteros
 Successionis, si quid hujus conditum
 Tabulis supremis, luce quas cadens dedit;
 U N R U H I A virtus nobili ausu disputat,
 Et pignus edit insimul clarum ingenii,
 Scientiaq, queis parem majoribus
 Sibi vindicare gloriam quondam & decus
 Non subticendus Patria civis queat.
 Macte animi, & isthac spatia non segnis prems:
 Manet corona, & laurea felix honor
 Ad summa ventum, meta qua celsa emicat,
 Suprag, vulgus ponit, hanc si quis tenet.

AUGUSTUS BUCHNERUS
 Orat. & Poet. P. P.

Siqua fuit quondam studio laus inclyta Juris,
 Hanc Bellona suo dira furore fugat.
 Undiq; concurrunt cupiant qui pellere Musas
 Quos iterum pellet Pax rediviva dehinc
 Id Te non terret Themidos Clarissime Cultor
 Dum de te juris themata docta probas.
 Succedes, ceu monstrat opus, post debito honori
 Quem mox ex animo gratulor inde Tibi.

Sonnett.

W Krieg ein Land beherrscht, dann ist es gut gewesen/
 der glaub vnd treu verlicht / der Freyen künste
 (pracht /
 Ein jeder / so's nicht weiß / dieselbe nur veracht/
 Gleich wie man solches sieht / vnd oftmal pflegt zu lesen
 Justinianus fleiß / der Röhmers löblichs wesen/
 der Gothen raues volck / der Wenden stolze macht/
 In eine Barbarey gar grausam hat gebracht.

Das



Daß die gerechtigkeit nicht kontte wohlgenesen:
auf solche maas vnd weis' in dieser bösen zeit/
der beyden Rechte ruhm man setz in dienstbarkeit.
Nicht also werther Freund wer sich kan höher schwingen/
als wo der Pöfel kreuch't/ wie diß ist euer sinn/
der biß am himel glimt/ wird auch das Lob forthhin
Der grauen Ewigkeit gewislich davon bringen.

In gratiam Dn RESPONDENTIS
amici & Commensalis
sui dilectissimi

lmq; adponere

*soluit, &
debit*

Carolus Christianus Thodt
LL. Stud.

HOc age, surge, veni, cape fortiter in doli arma

Nam Tua jam virtus, Iraq, docta placet.

Hic Feudum, & Bellum & Victoria. Vincere namq;

Nec Tua Dexteritas, nec Tibi fata negant.

Et cessare nequit tardis inuisa capistris

Mens tua, Virtutem sedulitate iuvat.

Tu motu gaudes, requiescere nulla voluptas.

Cælestes animos talia sensa probant.

Amoris & honoris ergo f.

Henricus Coselius.

Heu, quam virtutis sublimi in culmine fixa est

Arx! Nulliq; datur mollis ad astra via.

Hoc superavit iter præceps UNRUHIA Virtus

Vicitq; ingenii dexteritate sui.

Hinc Te digna manent æternæ præmia famæ,

Cinget moxq; comas infula rubra Tuas.

Quod suo Dno Contubernali

in debita gratitudinis signum

merito adprecatur

Henricus Stern Lünebur.

F I N I S.

94 A 7383

ULB Halle


002 133 822

3



VD 17







DISPUTATIO JURIDICA ⁶ 185.
De
SUCCESSIONE
TESTAMENTARIA IN FEU-
DIS, REBUS EXPEDITORIIS
ET GERADA.

Quam
AUSPICE CHRISTO

ET
Approbante Magnifico & Amplissimo ad Albim
Academiae Jctorum Oedine
Sub Patrocinio

VIRI

Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi Clarissimi
DN. HENNINGI Großen / J. U. D.
Profess. Publici, Curiae Electoralis & Facultatis Juridicae,
nec non judicii Provincialis per inferiorem Lusaticam Assessoris,
Illustrissimaeq; Viduae Elect. Saxon. in Lichtenburg &c. Consi-
liarii gravissimi, Praeceptoris & promotoris sui omni
debita reverentiae & observantiae cultu
etatem colendi.

Publicae censurae submittit.

JACOB WURUH HALLENSIS SAXO.

Ad diem 13. Aprilis

In Acroaterio Jctorum horis antemeridianis

WITTEBERGAE,

Typis JOBI WILHELMI FINGELII,
ANNO M DC XXXIX.